Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

ΙΑΜΒΛΙΧΟΥ
ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ
τῆς κοίλης Συρίας
ΑΟΓΟΙ δύο.

IAMBLICHI CHALCIDENSIS
ex Syria cœle
De Vita PYTHAGORÆ, &
Protrepticæ orationes ad Philosophiam
LIB. II.

Nunquam hactenus visi: nunc verò Græcè & Latinè primùm editi cum necessariis castigationibus & notis,

Addita sunt in fine Theanus, Myia, Melissæ & Pythagoræ aliquot epistolia Gr. & Lat.

IOHANNE ARCERIO THEODORETO
Filio AUthore & Interprete.



Ed. Editio 1598
curata
mendatur à Bæcl

In Bibliopolio Commeliniano

ANNO CIↃ IↃ XCVIII.

1578
DP2 42492

ILLUSTRIBUS
Generosis Amplissimisq; & Nobilissimis
DOMINIS
D D.
ORDINIBUS
FRISIAE
TRANSRHENANAE

inter Amisium amnem & Flevum antiquum
RHENI *ostium Rempubl. sapienter sanctéq; administrantib. Dominis & Mecœnatib. suis unicè colendis.*

S. D.

ANNUS jam est penè tertius & trigesimus, generosissimi Nobilissimiq; Domini & Mecœnates honorandi, ex quo linguæ & studiorum gratia cum nobilissimis Patriæ & summæ spei adolescētibus, perveteris & illustris sanè familiæ, in Gallias ablegatus, mirabili quodam casu, seu Dei destinatione, in hosce Iamblichi Chalcidensis Platonici philosophi libros, Græcè scriptos incidi. Nam cùm mihi illorū inspiciendorū ad dies aliquot copia facta esset, ilico me eorum exscribendorum, cùm quòd elegantissimè manu descripti, tum verò quòd illius essent authoris, quem Proclum illum Diadochum in Platonem scribentem nunquam non θεῖον vo-

citare legeram, ut & EUnapium posteà in ejus vita, θαυμάσιον, cupido incesit. Itaq; hominem, cujus istos beneficio habebam, eos à me repoſcentem, per amicitiam, quæ inter nos mutuò esset, perq; Musas omnes rogavi obiecratúsq; sum, ut illos describendi mihi copiam concederet vellet. Non enim ille, qui lumen de suo lumine accendi sinit (ut ex Marco Tullio dicebam) efficit, ut nihilo minus ipsi non luceat, cùm alii accenderit. Verùm cùm nec prece nec pretio hoc primum ab eo obtinere valerem, tandem improba instantia hominem & ipsum longè eruditissimum permolliui, ut haud ægrè quidem: sed tamen cum conditione voto meo annueret. Siquidem cum ἀρχέτυπον ad certum quoddam tempus, intra quod foret exscribendum, domino suo esset ex pacto restituendum, nec solus, quod id esset angustius, posset facere, mihi partem describendam concesit: ea tamen conditione ac lege, ut ipse non ederem. Se namq; eum authorem vertendum suscepisse. Igitur recepta conditione, & sepositis aliis, quatenus ejus fieri potuit, studiis & occupationibus, quibus compluſculis tum per morbum, & postea mortem unius ex meis præclarissimæ spei adolescentis distringebar, ad discriptionẽ properè me accinxi. Quare noctéq; diéq; admolitus operi manus, totũ, quod ferme fidem excedit, ipso inscio intra sesquimensem ad umbilicum duxi. Recognovi quidem intereà temporis, & à mendis penè infinitis repurgavi omnia: sed de editione illis superstitibus ne gry quidẽ cogitare potui. Quocirca scrinio inclusa cum nonnullis aliis hactenus presi. Cæterùm cùm jam uterq; tam dominus, quàm alter αὐθέντης, cui me bona fide obstrinxeram, in fata concesissent, nec quicquam conversum, & non nisi pau-

pauculis aliquot locis quædam in eo caltigata deprehenderem: præterea ipsum ἀρχέτυπον, quo fueramus uti, jam etjam in aliorum manus venisse fortè intelligerē: tandē ierò, ut ille dicebat,

Μή τις κῦδος ἕλοιτο βαλὼν, ὁ δὲ δεύτερος ἦλθοι,

animum ad illorum editionem adjicere occœpi. Itaque Latinè, ut quidem existimo, à me conversum, & non credendis laboribus ac vigiliis, quantum tamen ingenio assequi potui, unius solum exemplaris adjutus ope, emaculatum quasi è tenebris in lucem, & è sepulchro atque abysso in vitam extrahere ac producere volui. Nam cùm superioribus seculis plurima emersérint, atq; etiamnum hodie in lucem emânēt, proh hanis & petulantibus hominibus authoribus, quæ æternis tenebris atq; oblivione adobrui, potiusque flammis aboleri exstinguiq; præstaret: profectò hoc genus scriptorū ejus esse generis duco, ut putem ipsorum tum sanctis laboribus gravem injuriā, tum communi studiorum utilitati non exiguum detrimentum allatum iri, si porrò æternum premerentur & quasi sepelirentur. Quippe qui in Schola Socratica, penéq;, ut mox dicemus, Mosaica, bellè instituti, de Deo, quatenus quidem naturæ melioris ductu, sine Deo & Scripturæ adjutorio potuerunt, de virtutibus & vitiis germanè disseruerunt, exempla itidem salutaria reliquerunt, quibus in communi vitæ usu juxtà, ac reipub. administratione apprimè conducibilibus uti queamus. Etsi verò de μετεμψυχώσει, & aliis id genus diliriis tam Plato, quàm hic noster, quæ ex Pythagora hauserant, scriptis suis interseverint: hic etjam ex professo Pythagoræ non ita sani, ut multis, sed ut mihi semper visum est, summi religiosissimique Philosophi vitam & dogmata describat: haud ideò tamen confestim

repudiandi vel faſtidiendi erunt. Etenim ſi Ariſtoteles, Philoſophorum meritò maximus, qui de mundi æternitate ſua ſomnia, ne dicam deliria habuit, nec ſenſit de eo quod debuit: nec item Plinius diligẽtiſsimus alioqui naturę indagator, maximéq; admirabilis ſcriptor, qui præceptorẽ καὶ προηγούμενον Ariſtotelem ſecutus ſe continere non potuit, quin admirando ſui operis, imò præclariſsimo Mundi theſauro de naturali hiſtoria initio, idem ſentiret, adeóque paſsim intermiſcuerit palam impia, de Deo alio, quàm ipſe conceperat, ambigẽs, in dogmate de Dei omnipotẽtia hallucinãs, inferos eſſe dubitãs, animos non eſſe immortales, atq; id genus alia manifeſtò ſtatuens, non propterea reprobantur: quinimò ſcriptores, qui eos ſuis commentariis illuſtrarunt, ut Porphyrium, Plotinum, ac cæteros Chriſtiani nominis hoſtes non aſpernamur. ſed potiùs in ſummo pretio & deliciis habemus, lectitamus, & tantùm non adoramus, quid? an Pythagoram, quem rectè de Deo ſenſiſſe, teſtis eſt locupletiſsimus Clemens ille Alexãdrinus, cùm aliàs, tum in προτρεπτικῷ, rejiciemus? an Platonem, qui tam de Deo, quàm de immortalitate animorum, de pœnis inferorum, & cætera præclarè & ſenſit & tradidit, ejuſque ſectatores, quorum omnium facilè princeps Iamblichus, etſi purus putus Pythagoreus, quatenus tamen Plato, fuiſſe videatur, cum ignominia uſu mortalium exturbabimus? Sanè ut Pythagoras & Plato Moſen legerunt, quo nomine etiam quidam veterum hunc Moſen Atticum vocitarunt: illum D. Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus graviſsimus ſanctiſsimuſque ſcriptor quoque Epiſtola ad Irenæum, quoſdam putaſſe ex populo Iudæorum genus duxiſſe, ut ex ejus diſciplina derivarit etiam præcepta magi-

magiſterii, meritóque magnum apud Philoſophos habitum, æqualem vix repperiſſe, diſertè ſcribit: ita perſanctè præcepta de moribus, de vita piè inſtituendâ tradiderunt. De caſtitate intra & extra matrimonium, de inſtitutione atque educatione liberorum, de verecundia, de pudore, de temperantia, continentia, cæteriſque virtutibus, uti poſteà quoque Ariſtoteles, adeò copiosè graviterque diſſeruerunt, ut ex Dei tabulis verè eſſe petita, videri poſsint. urbes perfectas condunt, eaſque legibus penè Moſaicis ornant & firmant. Itaque eos mehercule non magis repudiabimus, quàm naturam terræ non damnamus fœcundam rerum matrem, verè πολυβότειραν καὶ ζείδωρον, ut eam Poëtæ indigitant, quæ & largè venena producit, & medicas herbas, feminaque ad eſcas ſalutaria. Nec multa Sepulariorum aut pharmacopolarum optima tum unguenta, tum medicamenta propter opium aut arſenicum, atque alia, quæ pyxidiculis incluſa ſuis uſibus ſervantur, improbamus vel refugimus. Haud enim omninò abs re eſt, quod Deus ille Opt. Max. atque æterna ſapientia hoſce authores mortalibus incolumes ſalvoſque eſſe voluerit, cùm tam multa, adeóque infinita aliorum, eorumque bonorum ſcriptorum, volumina funditùs interire ſit paſſus, quorum hodie ſolùm nomina, & vix, non parvo cum dolore, tenemus. Dei proculdubiò hoc fuit conſilium, partim ut veluti in ſpeculo cerneremus, quouſque miſeræ illæ mentes ſolo naturæ ſuæque Philoſophiæ ductu in cognitione ſummi boni, Dei, inquam, ac virtutum omniũ praxi fuerint progreſſæ, etſi φωσφόρος quo de ſanctus ille ὁ εὐσεβείας στύραξ, καὶ ὁ ἀληθείας ςύλος, ut loqui ſolet divinus ille Theodoretus, meminit, non eſſet in ipſorũ cordibus exortus.

Itemq;

Itemq; quid ab nobis exigat, quibus dies ille jampridem & illuxit, & exortus est lucifer. partim etjam, ut sicubi lapsi sunt, illorum verenda non cum lascivis ingeniis, quorum omnia sæcula non minùs, quàm hoc nostrum fœcundum est, detegamus: sed providè potius, sapienterque contegamus ac velemus. Non nescio quidem mundum hodie librorum scriptorumque inutilium ac prophanorum multitudine onerari, quibus bullientes carnis nostræ æstus non tam reprimuntur, quàm excitantur, mores corrumpuntur ac vitiantur: errores & monstrosæ opiniones ac hæreses perniciales vel disseminantur, vel confirmantur, Deus denique summè ad iram irritatur: verùm hîc author meritò etjam inter castos & pudicos mediique generis, & tantùm non religiosos pioscque scriptores, ut dixi, accenseri potest. Ut minimè metuam hinc dicam nobis aliquam scriptum iri, quasi per nos hac in parte boni mores violentur, vel Dei in nos offensam irámve accersamus, propter erroneas de Deo ipsiusque cultu, quas propaget, opiniones. Proinde quod quædam apud Comicum dicebat, licet alio sensu, hîc etjam valere debebit,

Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda ferre æquum est. Equidem illum longè, Plotino, tametsi magno per omnem modum Philosopho, Porphyrio, etsi hujus nostri magistro, Hipponensis præsulis ejusdemq; sancti hominis testimonio, sic & Themistio, Simplicio (qui etiam in hosce libros justos Commentarios scripsisse memoratur) Philopono, Ammonio Hermeæ, ipsique Proclo, jampridem editis & doctorum tritis manibus, multis modis præfero. Quippè qui Platonis, quem ipsum etjam vetustissimi & orthodoxi

Patres

Patres meritò θεῖον vocarunt, vestigiis adeò insistit, ut multa ex ipsius dialogis ad verbum in hæc sua commentaria transtulerit, & vix unguem latum ab ipsius mente & dogmatis deflexerit. Quamobrem quantum Plato reliquos omnes Philosophos studio, lingua & synceriori Philosophia antecessit, eosque longè à tergo reliquit, tantùm hunc cæteris suis coætaneis, quique tam antè, quàm post ipsum scripta aliqua posteritati reliquerunt, semper præferendum esse judicavi. Ut eo nomine jure τοῦ θείου Epitheton utrique tributum videri possit. Colloco autem eum in eodem planè ordine & gradu, quo summus per omnem modum, idémque Platonicus Philosophus Maximus Tyrius, meritò sanè collocatus est. Qui teste Suida sub Commodo Cæsare Romæ, in orbis, ut tum dicebatur, Epitome philosophatus est: cujúsque itidem aliquot ὁμιλίαι, hoc est, sermones, seu disputationes sanè quàm elegantissimæ, ἐς φιλοσοφικώτατα etiamnum hodie exstant. Hunc verò clarissimum ac longè nobilissmum auctorem hactenus cum non parvo rei literariæ detrimento & injuria suppressum in lucem extrahere, & in illustribus generosisque nominibus vestris mundo apparere volui: primùm ut vestro præsidio ac patrocinio tutus exserto capite prodeat, vulgique censuram non extimescat. Deinde quia noster hic labor & conatus ab multis fortasse impetetur, & ab non nemine suggillabitur, (quid enim uspiam ab obtrectatorum Criticorumque sannis ἐς δήγματα liberum est?) hoc nimirum mihi etiam atque etiam agendum fuit, ut quemadmodum princeps ille poëtarum Homerus de Teucro inquit, qui sub Ajacis clypeo septemplice, ut puer

in gremio matris delitescebat, ipse quoque sub nobilissimo potentissimoque ἐπιβουλίῳ, ut ille ajebat, σάκει vestro πρυπλάστων, malevolorum spicula, quantumvis virulenta ac λοιδορίας tincta non modò non reformidem, verùm etiam contemnam & rideam. Vestris autem amplitudinibus & generosissimis nominibus hic noster labor, quâ authorem, quâ etiam me, qui illum nunc primus produco, jure meritoque debebatur. Quâ authorem quidem: nam quibus potiùs conveniebat Philosophus tam insignis, tam clarus, tam omni exceptione major, qui jam tenebris & caligine discussis, extersusque ab omnibus penè sordibus, nostra solius, ceu obstetricis, opera lucem aspicit, quam hominibus sapientibus, claritate tam insignibus, omnique exceptione, sive nobilitatem, sive πολιτείαν, ejusque administrationem longè saluberrimam spectemus, majoribus? Denique quam illis, qui superioris ævi Barbarie Ro. Agricola & D. Erasmo authoribus discussa, humaniores literas, in nostram quoque Patriam illorum beneficio illatas, sectamini, fovetis, adeoque provehitis? Macti igitur estote, generosissimi Nobilissimique, & omni virtutum genere cumulatissimi Domini, & thronos vestros hisce nunquam intermorituris elogiis magis magisque decorate, hasce literas salutariter nobiscum fovendo, commendando amplectendoque. Quâ me verò, nullis aliis honestè eum inscribere potui, nec debui. Quippe cùm apud vos, quos summo atque avito jure Frisios Orientales, perperam hodie πτειχθονίους dictos, appellare soleo (nam qui hodie ita compellari gaudent olim Cauchi minores erant) & apud quos Divum RADBODUM reliquosque Frisiæ

siæ reges quondam potissimè, vicissimque in urbe, quæ tum mediæ Frisiæ, regionis item multo nobilissimæ, quæ nunc ferè Frisia Occidentalis nuncupatur, nomine STAURIA, tunc Metropolitana, suam regiam habuisse ex multis indiciis minimè dubitandum sit: apud vos, inquam, ante annos sexaginta honestis parentibus, agricolis, majoribusque, antiquis Frisonibus, ut tum mos atque usus obtinebat loquendi: & peculiaris dialectus ac lingua (quæ adhuc in vestris sylvis, licet paullò ob vicinorum commercia inquinatior, & alibi remansit) ab aliis populis & gentibus advenis discriminabat, opulentissimáque & inculpatissima familia prognatus: & postmodum in Schola vestra Clarissimo doctissimoque & piissimæ memoriæ homine ἀρχιδιδασκάλῳ D. REGNERO PRÆDINIO, (quem honoris caussa nomino, cujusque nunquam non libentissimè, jucundissimèque, ut & Rodolphi Agricolæ nostri & Vesseli, cui vulgò cognomentum erat Gansfortii, manium recordor,) institutus, & ad hasce literas illo quasi μυσταγωγῷ & Mystagogo adductus sim: nimirum hoc vestris augustissimis nominibus ratione ortus velutique διδάκτρων καὶ θρεπτηρίων vice in gratissimi animi significationem ad æternam memoriam meritò persolvendum erat. In eam verò Frisiam quam modò occidentalem vocari dixi, quámque itidem mediam nominavi, Aquilonaris, quæ veteribus cis-Rhenana vocitata est, nuncque borealis Batavia appellatur & orientalis Frisiæ respectu, ipse Regneri, cujus modò memini, intercessione voluntateq; adolescens viginti plus minus annorum traductus & ab nobilissima clarissimáque & longè honorificentissima, uti &

antè memini, familia, (cui nunquam non mea omnia transcribo, quamque lubens colo & veneror) cum honore adscitus, sanctissimè in literis cùm domi, tum peregrè per integrum decennium cum filiis fotus educatusq; sum. Deinde cùm post aliquot annorum curriculum ad summos, adeóq; varios & diversos in ea honores, atque ultimò ad quietissimum maximéque liberale vitæ genus, publicam Græcarum literarum professionem in nobili Schola promotus, idque ab iis, qui partim quidem in Domino obdormiverunt, partim verò etiamnum ἐν τέλει, ac profectò homines sunt omni laude dignissimi prudentissimique, optimè cùm de me, tum de omnibus bonis, cunctisque literis humanioribus præclarissimè meriti: equidem, ut ingenuè fatear, mortalium omnium ingratissimus forem, si tam eximia in me beneficia ac merita non agnoscerem, gratóque animo non recolerem, summatimque de tantis tamque augustis Mecœnatibus vicissim non semper benè mereri studerem. Itaque jampridem hoc diligentem operam dare volui, ac debui quoque, viri amplissimi, ut in vestro Lyceo jam aliquot annos constitutus, singularis meæ observantiæ, animique pergrati publicum aliquod pignus ac monumentum, quod perpetuò exstare posset, darem. Quod cùm non potuerim hactenus quidem excusis omnibus facultatibus meis aliter præstare, nec ullo alio, quàm hoc solo scribendi genere contestari, rogo & oro vestras illustres Amplitudines, primùm, ut hoc meum studium in optimam partem benignoque vultu & fronte serena accipere dignemini. Deinde nostrum hunc autorem, nostróque in illum labores, sub illustribus vestris nominibus

jam

jam primùm ex vestra Schola in lucem prodeuntes ita asseratis, ne quid incommodi vel detrimenti patiantur. Meque itidem, ut hominem toto pectore vestris amplitudinibus obsequentissimum ac deditissimum amare porrò, & ita ab omni injuria defendere & protegere velitis, ut in hac grandævitate atque otio literario, vestra fultus benignitate, reliqua tum hujus authoris, tum alia, quæ præ manibus, & nonnulla, quæ jam etiam planè confecta habeo, in usum nostræ maximè gentis ad posteritatem transmittere queam. Deum porrò rogo & oro, ut vos indies sapientia prudentiáque & omni fortitudine magis magisque instruat, & cum omnibus subditis vestris omni genere benedictionis cumulet ac beet. E Schola vestra Anno ab Christo ex sanctissima virgine nato, mundique redemptione CIↃ. IↃ. XCIX. ipsis Idibus Novembribus.

Vestrarum illustr. & generosissimarum

Amplitud. longè deditissimus & obsequentiss.

IOA. ARCERIUS THEOD.



πρὸς

ΦΙΛΟΛΟΓΟΥΣ

περὶ

ΙΑΜΒΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ.

Οὐ τόσον Ἕλλησι Ἑλλάδος κυδίστατοι
Ὀφλεῖσι Μαιονίδης, ἠὲ Σταγειρίτου
Πέπλῳ, θανόντες ὑμνούμενοι· οὐδὲ δὴ
Τοσοῦτον ὑὸς Σωφρονίσκου ζάθεος
Θείῳ Πλάτωνι· ἰδὲ Ξενοφῶντι ἡδυλόγῳ·
Ὅσον ὁ μὲν ἐκ Σάμου κομήτης Ἰαμβλίχῳ·
Τῷ τῆς Πλατωνικῶν ἀρίστῳ καὶ σοφωτάτῳ.
Πόσον οὖν ὁ μὲν θαυμάσιος ὦ ἑταῖροι
Καὶ σῶφρον ὀφλήσει, ὃς ἀνεῦρε τάφου
Καὶ σποδόνος ὃν ἀναβιώσῃ; κἄπα δὲ,
Σὺν αἵματ' εὐζόλῳ βροτῷ συσήματι
Καὶ ὁμίλῳ ἐνθρονίσῃ ἂν σοφωτάτων;
Δοῦτ' οὖν νέοι μουσηγετῆ ἀασάζητε
Τοῦδ' ἱρ' ἀειγνώτου κ' ἄφατα μυσήρεμα.
Καὶ τ' ἀναχθμνήσαντα νιῶ φιλήσατε.

IN

IAMBLICHI CHALCIDENSIS PLATONICI PHILOSOPHI

Vitam Pythagoræ, ejusdemq;
Protrepticas Orationes ad Philosophiam;

NUNC PRIMÙM

ab IOAN. ARCERIO THEODORETO FRISIO

Græcè & editas, & Latinitate donatas.

ADesto, quisquis & rei literariæ
Faves, & indagator es scientiæ
Antiquioris. En recludit jam tibi
Priscas Faviſſas θῆρ ἀνὴρ, hactenus
Clausas malignitatis improbæ obice.
In queis patent ἀνακτικὰ Sacraria
Consortii vitæ, velut coloribus
Depicta. Non Homerus expressit suis
Nympham OEbalin sic versibus: nec hanc
Sic pinxit artifex penicillo suo
Zeuxis tabella, quæ ferens imagines
Vivas ocellos pascit obtuentium,
Sed IAMBLICHUS, quam pingit, illa mentium
Refectiones conferet suaviſsimas.
Ringente Momo, & invidente litteris
Bonis, reductum Iamblichum in sedem vides
Et dignitatem priſtinam, ut Chalcis suum
Civem recognoscat: suúmque Philosophum
Iam secla mortuum & sepultum plurima,
Quæ dicta cœle est Syria, omníſque Achaia
Ἐρμηνέα agnoscet OEnotria inclytum
Tellus procul dubio loquentem, seu sua
Balbutientem linguâ & ore, FRISIUS
Quod finxit Oceani ortus oram ad extimam,
Verùm hactenus tenebris Comatus obrutus,
Et consilens injuriâ ævi IAMBLICHUS,
Non Syriæ, nec Græciæ soli, ut solent:
Sed universo orbi loquentur postmodum.
Mortalium ægras ergo res perambulent,
Eásque restituant. Fave lector animis
Linguíſque, Et auctorem πρὸς ἴσα juva Θεῷ.

I. AR. Tho. FIL.

ΤΟΥ ΓΑΜΒΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ ΒΙΟΣ

κατὰ ΕΥνάπιον τὸν Σαρδιανὸν, ἐκ τῆ περὶ βίων.

ΜΕΤΑ τούτους ὀνομαζόμενος διαγίνεται φιλόσοφος Ἰάμβλιχος, ὃς ἦν καὶ κατὰ γένος μὲν ἐκ τῆς ἐπιφανοῦς καὶ τῆς εὐδαιμονεστάτης. Πατρὶς δ' ἦν αὐτῷ Χαλκὶς τῆς κοίλης προσαγορευομένης Συρίας ἐστὶν ἡ πόλις. Οὗτος Ἀνατολίῳ τῆ καὶ Πορφυρίῳ τὰ δεύτερα φερομένων συγγενόμενος, πολὺ μὲν διέδωκε καὶ εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἦκμασεν. Ἔστι μετ' Ἀνατόλιον Πορφυρίῳ προσθεὶς ἑαυτὸν, ὡς ἔστιν ὅτι καὶ Πορφυρίῳ δοκοῦντα, πλὴν ὅσον τὴν συνθήκην καὶ δύναμιν τῶν λόγων, ἔστι γὰρ εἰς Ἀφροδίτην αὐτῶν καὶ χάριν τὰ λεγόμενα κεκαλλωπίσθαι. ὅστις ἔχει λαμπρότητα τινὰ, καὶ τῆ περὶ καθαρῶν καλλωπίζεται. ὁ μὲν οὖν ἀσαφῆ παντελῶς τυγχάνει, οὐδὲ καὶ τὴν λέξιν ἡμαρτημένα, ἀλλ' ὥσπερ ἔλεγε περὶ Ξενοκράτους ὁ Πλάτων, ταῖς Ἑρμαϊκαῖς οὐ θύων χάριτι. Οὗτος οὖν κατέχει τὴν ἀκροατὴν, καὶ γοητεύει πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν, ἀλλ' ὑποτρέφειν καὶ ὑπνωτίειν τὴν ἀκοὴν ἔοικε. Δικαιοσύνῃ δὲ ἀσκήσας εὐκολίας

IAMBLICHI CHALCIDENSIS VITA

ex EVnapio Sardiano de vitis Philosophorum

Hadriano Iunio interprete.

HIs succeſſit Iamblichus, vt clariſſimi nominis philoſophus, ita & illuſtris genere, natus familia ampliſſima & locuplete. Patria illi Chalcis, Syriæ, quam Cœlen nominant, civitas. Hic cum Anatolio, qui à Porphyrio ſecundum locum obtinuit, conſuetudinem aluit, ſed multis eum modis ſuperavit, & ad ſummum Philoſophiæ gradum aſcendit. Ab eo conjunxit ſe Porphyrio, quo nulla in re fuit inferior, præterquam in concinna orationis ſtructura, dicendique facultate: neq; enim pari venere & gratia ab eo dicta, inſtructa fuere: neq; candorem habebant, & perſpicuitatem; neq; puritate ſermonis exornare ſcripta laborabat, quanquã non omninò obſcuritate involuta ſit aut vitium habeat oratio: ſed (quod de Xenocrate dictitabat Plato) non ſacrificavit Mercurialibus gratiis. Itaque lectorem non detinet, non obrepit illecebris quibuſdam, & ad lectionem invitat, quin potiùs avertere & obtundere aures videtur. Ob juſticiæ cultum, facilem

ad deorum aures accessum habuit: itaque plurimos nactus est contubernales & discipulos, qui undecumque gentium ad eum affluebant ad hauriendum animi cultū, quos inter difficile fuerit judicium, quis præcelluerit. In iis fuere Sopater Syrus eloquentiæ in dicendo ac scribendo summæ, AEdesius, EVstathius Cappadox, è Græcia Theodorus & EVphrasius, virtute excellentes viri, aliiq; multi non multò in dicendi facultate inferiores, ut mirum videri possit, quomodo unus omnibus suffecerit, erga cunctos ex æquo comis & benignus: quid, quod vix quidquā in suam gratiam agebat extra discipulos & sodales numinis religione tactus: plerumq; verò cum suis cōversabatur, convictum facilem sequēs & frugalem prisci seculi mensam apponens: in symposio præsentes exhilarabat, & ceu nectare delibutos replebat: qui verò indefesso ejus audiēdi studio ardebāt, neq; satietatē ejus capere voluptatis capere poterāt, assidui illi erant, convivę, & producti is in mediū, qui cæteros antecellebāt, his eum cōpellabāt verbis. Quid ita solus, divine præceptor, seorsum agitās? neque de absoluta tua sapiētia nobis qdquā impertis? rumor tamen ad nos emanavit per tuos ministros, te inter fundēdum preces videri ab humo plusquā cubitos 10. sublimem rapi atq; attolli, cor-

ἔτυχε θεῶν τοσαύτης, ὥστε πλῆθος μὲν ἦσαν οἱ ὁμιληταί, φανερὰ δὲ ἐφοίτων οἱ παιδείας ὀρεγόμενοι· ἦν δὲ ἐν αὐτοῖς τὸ κάλλιστον δύσκριτον. Σώπατρος μὲν γὰρ ἦν ὁ ἐκ Συρίας ἀνὴρ εἰπεῖν τε καὶ γράψαι δεινότατος, Αἰδέσιός τε καὶ Εὐστάθιος ἐκ Καππαδοκίας, ἐκ δὲ τῆς Ἑλλάδος Θεόδωρός τε καὶ Εὐφράσιος, οἱ καὶ ἀρετὴν ὑπερέχοντες. ἄλλοι τε πλῆθος καὶ πολὺ λειπόμενοι καὶ αὐτὴν ἐν λόγοις δύναμιν, ὥστε θαυμαστὸν ἦν, ὅπη πᾶσιν ἐπῆρκει· καὶ γὰρ πρὸς ἅπαντας ἄφθονος. ὀλίγα μὲν οὖν χωρὶς τῆς ἑταίρων καὶ ὁμιληθῆναι ἐφ' ἑαυτῷ, τὸ θεῖον σεβαζόμενος· τὰ δὲ πλεῖστα τοῖς ἑταίροις συνῆν· τὴν μὲν δίαιταν εὔκολος καὶ ἀρχαῖος· τῇ δὲ τραπέζῃ πότιμον ὁμιλίαν, τὰς παρούσας καθηδύνων καὶ διαπιμπλὰς ὡσανεὶ νέκταρος· οἱ δὲ ἀληθῶς ἔχοντες, καὶ ἀκορέστως τῆς ἀπολαύσεως πρὸς αὐτὸν συνεχῶς καὶ προσπαίοντές γε τὰς ἀξίας λόγου πρὸς αὐτὸν ἔφασκον· τί δῆτα μόνος ὦ διδάσκαλε θειότατε καθ' ἑαυτὸν τινὰ πράττεις, καὶ μεταδιδοὺς τελεωτέρας σοφίας ἡμῖν; καίτοιγε ἐκφέρεταί πρὸς ἡμᾶς λόγος ὑπὸ τῶν σῶν ἀνθρακόδων, ὡς εὐχόμενος τοῖς θεοῖς, μετεωρίζῃ μὲν ἀπὸ τῆς γῆς πλέον ἢ δέκα πήχεις εἰκάζεσθαι τὸ σῶμα

μα δὲ οἱ κὴ ἠδυνήθης εἰς χρυσοειδές τι κάλλος ἀμείβεται. παυομένῳ δὲ τῆς εὐχῆς, σῶμα τὸ γίνεται κὴ τοῦ πρὶν εὔχεσθαι ὅμοιον· κὴ καταβαὶν ἐπὶ τῆς γῆς, τὸν πρὸς ἡμᾶς ποιῆ συνουσίαν. ΟΤ τι μάλα γελασείαν ἐγέλασεν ἐπὶ τούτοις τοῖς λόγοις Ἰάμβλιχος· ἀλλ' οὐπω πρὸς αὐτὸν, ὡς ὁ μὲν ἀπατήσας ὑμᾶς ἐν ᾗ ἔχομεν. ταῦτα δὲ ἐχέτως ἔχει, τῷ λοιπῷ δὲ ἐάσθην χρόνῳ ὑμῖν προσέξεται. Τοιαῦτα ἐπιδείξατο· εἰς δὲ τὸν ταῦτα γράφοντα ἦλθε παρὰ τοῦ διδασκάλου Χρυσανθίου τοῦ ἐκ Σαρδιῶν· ἐκεῖνος δὲ ἦν Αἰδεσίου μαθητής, Αἰδέσιος δὲ εἷς τῶν πρώτων τοῦ Ἰαμβλίχου, καὶ τῶν ταῦτα πρὸς αὐτὸν διαλεχθέντων. Ἐλεγχθὲν δὲ ἐκ τούτου ἐξέως αὐτῷ μεγάλως τῆς θειότητος γεγονέναι τὰς δι. Ἥλιος μὲν ἐφαίνετο πρὸς τοῦτο ὄντως ὅρια ἤδη συναναστέλλων τῷ καλουμένῳ κυνὶ, καὶ θυσίας καιρὸς ἦν. Ἡ δὲ εὐξάμενος ἐν τινι τοῦ ἐκείνου προαστείῳ· ὡς δὲ τὰ σφάγια εἶχε καλῶς, ἐπὶ τὴ πόλιν ὑπέστρεφον, βαδὴν καὶ χολαίως προϊόντες· καὶ τὸ διάλεξις ἦν αὐτοῖς περὶ θεῶν τῇ θυσίᾳ πρέπουσα· ἐν τῷ δὲ διεξιόντος Ἰαμβλίχου μᾶλλον διαλεγόμενος, ὥσπερ ἐκνοσπασὶς φαντὴν καὶ τὰ ὄμματα εἰς τὴν γῆν ἀξυμίζοντα χρόνον τινὰ ἀφώνους ἅπαντι βλέψαντας εἰς τὰ ἑξῆς.

pus & vestimentum in aureolum colorem migrare, mox finitis precibus, in pristinam redire speciem corpus, ac tum demùm ad terram descendere, & in congressum colloquiumq; nobiscum venire. Quibus dictis arrisit, quãquam ad risum non perinde pronus Iamblichus, & in hæc verba respondit. Illepidus atque invenustus non fuit, qui istam in vos fallaciam intendit, at de cetero nihil absque vobis actitabitur. Hoc ille de se documentum præbuit, quod à Chrysanthio Sardiano doctore suo AEdesii discipulo, harum rerum scriptor accepit, qui quidem AEdesius inter primos Iamblichi familiares fuit, corũque unus, qui superioribus verbis apud eum usi fuerunt. Adiecit idem & ista divinitatis viri non obscura indicia. Finitoris circuli extremos terminos sol illustrabat, quo tempore cũ Cane cœlesti signo oritur simul: jamque tempus erat faciendi sacrificii, quod apparabatur in suburbiorum uno, mox peractis ritè sacris ad urbem revertebantur lento gradu tardeque inambulantes, orta disputatione de Deo, non absona sacrificio. Tum fortè Iamblichus animo inter disceptandum occupato alienatoque, & voce veluti interciſa, atque oculis aliquandiu in terram defixis & immotis ad cum-

tes respectans exclamat, Alia nobis ingredienda est via, quod cadaver non procul hinc elatum est: simulq; cum dicto iter aliò deflexit, quæ via purior videbatur, cumq; eo nonnulli diverterunt, quibus pudendum videbatur magistrum deserere: major pars quiq; pertinacioris erant ingenii, quorum in numero etiam AEdesius, inceptam institerunt viam, vanitati & hominis superstitioni rem adscribentes, ac more canum feram indagantium vestigiis sequebantur: nõ multò pòst accessere vespillones, qui mortuum tumularant, at ne sic quidem incepto abstitere, percunctatique sunt, eámne viam prius ingressi fuissent: quibus illi responderunt, ita necessum fuisse, quòd alia non duceret via. Adferebant divinius atq; isto incredibilius testimonium (quòd fortè impeditus fuisset ipsorũ visus minus acer, quòdque prærogativam ferret illius odoratus) voluisse periculũ facere maiori in re, quando Iãblichus ad illos dixit, id in sua voluntate situ non esse, sed ubi temporis se offerret oportunitas. Aliquãtò pòst tempore placuit cunctis ſiato ãni tẽpore accedere Gadara, q locus est thermarũ in Syria secũdas à Bajis in Romano imperio obtinẽs, quib. nullæ balneæ calidæ cõparari possunt. Ifthic cùm lavaret, pariterq; ceteri darent lavationi

ρους, καὶ πρὸς ἑαυτὸς ἐξεβόησεν· ἄλλην ὁδὸν εἰσποιούμεθα. Νεκρὸς γὰρ ἐντεῦθεν ἄναγχος πεφευξόμενοι. Οἱ μὲν οὖν ταῦτα ἐνόμιζον, ἄλλην ἐδίδιζε, καί τις ἐφαίνετο καθαρωτέραν· ἐγὼ δὲ οὐκ ἔστιν ὑπὸς ρεφον, ὅσοις τὸ καταλειπεῖν τὸν διδάσκαλον αἰσχύνης ἄξιον ἔδοξεν· οἱ δὲ πλείους καὶ φιλονεικότεροι τῆς ἰταίας ἦσαν, ἐν οἷς καὶ ὁ Αἰδέσιος ἦν, ἔμειναν αὖτις τὸ πρᾶγμα ἐπὶ τερατείαις φέροντες, καὶ ἔλαθον αἰσθόμενοι κύνες ἀνιχνεύοντες. καὶ χρὴ μικρὸν ὑπολείπεσθαι οἱ θάπτοντες τὸν τετελευτηκότα· οἱ δὲ ἐπὶ ἔστιν ἀπίασιν, ἀλλ' ἐρώτησαν εἰ ταύτην εἶεν παρελθόντες τὴν ὁδόν· οἱ δὲ ἀναγκαίαν ἦν· ἄλλην γὰρ ὑπ' ἔφασαν ἔχει. Ἔτι δὲ τούτου θειότερον συνεμαρτύρουν, εἰς ἐνοχλοῦ ἡμᾶς αὐτῷ πολλάκις μικρὸν ἔφασκοντες, καὶ σοφήσεως ἕνεκα σου πλανήτημα. βάλλεσθαι δὲ διάπειραν λαβεῖν ἑτέρου μείζονος· ὁ δὲ πρὸς αὐτὰς, ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἐμοίγε τοῦτ' ἔλεγεν, ἀλλ' ὅταν καιρὸς ᾖ· μετὰ δὲ χρόνον τινὰ δόξαν αὐτοῖς ἐπὶ τὰ Γάδαρα, θερμὰ δὲ ἔστι λουτρὰ τῆς Συρίας, τῆς ἐν μεσογείᾳ Ῥωμαίοις ἐν Βαΐαις δευτέρας. ἐπεὶ οἳ δὲ οὐκ ἔστιν ἕτερα πανταχοῦ βαλλιάσθαι σπουδάζονται καὶ τὴν ὥραν εἰς τὰ Γάδαρα τοῦ ἔτους, ὁ μὲν ἐτύγχανε λούμενος, οἱ δὲ καὶ συνελού-

σθαι.

ὀπτο. καὶ περὶ τῆς αὐτῆς ἐκείνοις. μειδιάσας δὲ ὁ Ἰάμβλιχος, ἀλλ' εὐσεβείᾳ ἔφη, ταῦτα ἐνδείκνυσθαι, ἵνα μοῦνος ἀνεπιτράξεται, τῆς θερμῆς πρωτῶν δύο τὰς μικροτέρας, τῆς δὲ ἄλλων χαριεστέρων ἐκέλευσεν ἐκπαυθήναι τοὺς ὁμιλητὰς παρὰ τῆς ἐπιχωρίου, ὅπως ἐκ παλαιᾶς προσωνομάζοντο. οἱ δὲ τὸ προσταχθὲν ἐπιτελέσαντες, ἀλλ' οὐκ ἔστι σαφὴς εἰπεῖν ἀλλ' αὐτὴ μύθος καλεῖται· τῇ σπαραττομένῃ δὲ Ἀντέρως ὄνομα· ὁ δὲ εὐθὺς ἐπιφανεὶς τῷ ὕδατος, ἐτύγχανε δὲ ἐπὶ χρηπῖδος κατὰ τὴν ὑπόρρυσιν καθήμενος, καὶ βακχεία τινὰ προσφωνῶν ἐξεπάλισεν ἀπὸ τῆς πρώτης κείμενον παιδίον. λευκὸν ἦν τὸ παιδίον, καὶ μιξόχρως σύμπαντος καὶ χρυσοειδὴς αὐτῷ κόμαι, τὰ μετόπισθεν σπείρα στρεπτὸν καὶ ὅλον ἐοικὸς λυομένῳ τε καὶ λελυμένῳ. καὶ ἁπλαγήσαντες δὲ τῇ ἰσχύϊ τοῦ ἐπιχωρίου ὑποπρήνιον ἐγενόμεθα, καὶ ἠγέρετο ἀπὸ τε καὶ σὺν ἦν. εἶτα καλεῖ καὶ αὐτὰ ἀράσας ἐξεπάλισεν ἕτερον ἔοικε τῷ πρώτῳ παραπλήσιον ἅπαντα πλὴν ὅσον αἱ κόμαι μελάντεραι τε καὶ ἀλλοῖαι κατεῖχον· καὶ περιπλακέντε ἀμφότερα αὐτῷ τὰ παιδία καθάπερ γνησίῳ τινὸς πατρὸς ἐμφύντα, περιέχετο. ὁ δὲ ἐκείνοις τε ταῖς οἰκείαις ἀπεδίδου λήξεσι,

operam, nata de balneis disceptatione, renidens lamblichus, tametsi religione, inquit, impediar, quo minus ista aperiam, vestra tamen id caussa fiet: simulq; iussit discipulos sciscitari à popularibus indigenis, quibus jam olim nominibus donatifuissent duo è calidis fonticulis minores, sed cæteris elegantiores venustioresque. Illi postquam imperata fecissent, negarunt se causam nominum posse rescire, uni tamen Amori nomen esse, alteri Anteroti deo amantium injuriæ vindici. Confestim ipse contacta manu aqua (sedebat enim fortè in crepidine fontis, ubi depletur ac superfunditur alveus) paucis admurmuratis verbulis, de fontis imo pusionem excivit, candidum, commodæ staturæ, capillitio in fulvum aurum tincto, dorsi cute nitida, qui totus lavanti aut loto assimilis erat. Attonitis rei novitate comitibus, transeamus hinc ad proximum, inquit, fonticulum, simulq; exurgens præcedebat, in cogitatione defixus, ac suspenso vultu, ibiq; eadem, quæ prius, perages, alterum Amoretem vocauit, prioris per omnia simile, extra comas nigrantes huic magis, & rutilas, per collum sparsas. Ambo pusiones circũfusi arctis complexibus lamblicho velut naturali patri inhærebant, quos ille in proprias suas sedes evelligio restituit,

lotusq; exceſſit: obſtupefacto comitum & familiarium coetu, qui ab eo tempore ſcrutari quicquam deſierũt, & argumentis ac ſignis, quæ viderant, tanquam validis habenis pertracti, in omnibus credulos ſe præbuerunt. Ferebantur de illo in vulgus, & alia fidei abſona, monſtriq; ſimilia, quorũ ego nihil ſcriptis mandare volui, ratus id parum rutum eſſe, Deoq; inviſum, ſi quis hiſtoriæ veraci & ſolida fide nixæ fabulas inaneis, commentitias ac fluxas inſerat. Quid, quod & hæc ipſa ſcribo nõ ſine religione quadam, metuens ne rumores ſint & fictæ auditiones, niſi quod viros ſequor, qui fidem nõ adhibẽtes aliis, rei viſæ ſenſu permoti fuerunt: quicquid ſit, nemo omnium eius æqualium, quod equidem ſciam, iſtud, quod dixi, prodidit, referente modeſtè AEdeſio, nec ipſum ſcripſiſſe, nec alium quempiam eo audaciæ proceſſiſſe. Aetate Iamblichi vixit Alypius in dialecticis exercitatiſſimus, corpuſculo exiguo admodum, paulloque, quam cubitale aut Pygmæi, maiore: quod intuẽti videri poterat anima ſpiritúsve eſſe, vſque adeò quod corruptioni obnoxiũ erat, nihil adoleſcebat, ſed in divinã quandam naturã cõſumebatur. Vt igitur magnus ille Plato, divina corpora ait eſſe diverſa ab iis, quæ ſũt animis circũfuſa: ità dixerit nõ abſurdè

τὴν συβαζομένων τῆς ἑταίρου ὄψιν λεσάμενος. οὐδὲν μετὰ τοῦτο ἐζήτησαν ἢ τῆς ὁμιλητῆς πλανῆς, ἀλλὰ τοῦ φανέντος δαίμονος, ὥσπερ ὑπ' ἀῤῥήκτων ῥυτήρων ἕλκοντο, καὶ πᾶσιν ἐπίστευον. ἐλέγετο δὲ καὶ παράδοξόν τι καὶ θεοσεβὲς ἱστορεῖσθαι. ἐγὼ δὲ τούτων ἀνέγραφον οὐδέν· σφαλερόν τι καὶ θορυβῶδες πρᾶγμα ἡγούμενος εἰς συγγραφὴν σασιμον καὶ αὐτηγείαν ἀσφαλῆ ἀγαγεῖν ἀκοὴν διεφθαρμένην καὶ ῥέπουσαν· ἀλλὰ καὶ ταῦτα γε φὼ δεδόσθω ἀκοὴν ἔσαι, πλὴν ὅσα γε ἔπομαι ἀνδράσιν οἱ τοῖς ἄλλοις ἀπιστοῦντες πρὸς τὴν τοῦ φανέντος αἴσθησιν σωπᾶν μᾶλλον ἢ σαίνειν δεῖς δὲ αὐτὸ τῶν ἑταίρων ἀνέγραψεν, ὅσα γε ἡμᾶς εἰδέναι τοῦτο δὲ ἄλλον μᾶλλον Αἰδεσίου φάσαντος, μήτε αὐτὸν γεγραφέναι, μήτε ἄλλον τινὰ τολμᾶν. κατὰ τοὺς Ἰαμβλίχου καιροὺς ἦν καὶ διαλεκτικώτατος Ἀλύπιος, ὃς ἔτυχε μὲν σώματος μικροτάτου, καὶ τὸ σῶμα παχαίου παρέβαινεν ἐλάχιστον· ἔνιοι δύνασθαι δὲ καὶ τὸ φαινόμενον σῶμα, ψυχὴ καὶ νοῦς ἦ· ὅτῳ τὸ φθειρόμενον οὐκ ἐδόκει εἰς μέγεθος διαπαντὸς εἰς τὸ θειοδέστερον· ὥσπερ εἰ ὁ μέγας Πλάτων φησὶ τὰ θεῖα σώματα τὸ ἀναπαλὲς ἔχειν ἐγκείμενα ταῖς ψυχαῖς· ὅτῳ ἄν τις εἴποι καλεῖσθον ἐμβεβη-

βεβηκέναι τῇ ψυχῇ καὶ συνέχεσθαι
καὶ κρατεῖσθαι παρὰ τῶν κρειττόνων.
ζηλωτὰς μὲν οὖν εἶχε πολλοὺς ὁ Ἀ-
λύπιος· ἀλλ' ἦν σπουδὴ τῶν μέ-
χρι συνουσίας μόνης· βιβλίον δὲ
προφέρειν οὐδεὶς ὥστε μάλα ἀσμέ-
νως πρὸς τὸν Ἰαμβλίχου ἀφίξε-
σθαι, ὡς ὂν πηγῆς ἀφθόνου καὶ
ἀενάου, ἐμφορησόμε-
νοι καὶ πιόμενοι· κατὰ δὲ τὸ κλέ-
ος ἀμφοῖν αὐξόμενον ἄνω καὶ συνι-
σχὺν πρὸς ἀλλήλους ἢ συνηβήσαν
ὥσπερ ἐξ ἔρωτος καὶ πρώτως ἀθρόα γε
αὐτοὺς θέαμα οἷον εἰκάσαι μεγά-
λου μυστικοῦ. Ἰαμβλίχου δὲ τὸ ἐπι-
ερωτηθῆναι μᾶλλον ὑπομένοντος
ἢ τὸ ἐπερωτᾶν· ὁ Ἀλύπιος παρὰ
πᾶσαν ὑπόνοιαν ἀφεὶς ἅπασαν
φιλόσοφον ἐρώτησιν, τοῦ δὲ θεά-
ματος ἀπολαύων, εἶπέ μοι φιλόσοφε
πρὸς αὐτὸν ἔφη, ὁ πλούσιος, ἢ
ἄδηλος, ἢ ἀδήλου κληρονόμος, καὶ
τούτων γὰρ μέσον οὐδέν· ὁ δὲ
ἐπαληθεῖ τῷ λόγῳ μισθὸς·
ἀλλ' οὐχ οὗτος γε ἔφη θαυμασί-
ως ἅπαντων ἀνδρῶν ὁ ζῆλος
τῆς ἡμετέρας διαλέξεως, εἰ τῷ
ὄντι χρὴ κατὰ τὰ αὐ-
τοὺς, ἀλλ' εἴ τί πλουτεῖ καὶ
τὴν ἀνθρωπίνην ἀρετὴν φιλοσοφο καὶ
ἀφθονοῦσαν. Ταῦτα εἰπὼν ἀ-
νεχώρησε. Καὶ ἅμα ἀνίστα-
ται οὐκ ἦν ὁ σύλλογος.

aliquis etiã illũ in animã immigrasse, à qua detineatur possideaturq; velutà Deo. Hic Alypius multos habuit sectatores, sed eius institutio intra colloqui & privatę disputationis terminos stabat, librũq; nemo proferebat, quapropter summa alacritate animi ad Iamblichũ defluxerũt illi, tanquã è perẽnis fõtis exũdãte, nec intra alveũ sese cõtinẽte, scatebra exsatiaturi se & affatim hausturi. Glisscente aũt utriusque fama, evenit ut casu obvii mutuo sibi occurrerẽt, veluti stellæ quæpiã, circũfelliq; adeò spisso theatro & auditorũ coetu, ut ingẽtis Musæi vicem repræsentaret, tenerẽtur. Itaq; dũ Iamblichus cunctatur, interrogari, quã prior quæstionem intentare, magis exspectans, Alypius præter omnem exspectationem, postpositis Philosophicis quæstionibus, corona hominum septum se videns, ad Iamblichum conversus; Dic mihi Philosophe, inqt, verúm ne sit an nõ, Dives aut insanus, aut insti tutibares: nihil enim hîc medium. Ille quæstionis aculeum perosus, Alienus, inquit, à nostra ratione iste disputationis modus est, vir eximie, si quis in rebus externis præter alios excellat, sed si virtutum, quib. Philosophum propriè ornatum esse decet, copiis circumfluat atque abundet. Quæ verbà locutus discessit, simulque cum assurgente consessus omnis diffluxit.

Post

Poſt diſceſſum ſeipſum colligens, ac quæſtionis acumẽ ſecum admiratus frequenter in eius congreſſum colloquiumque privatim venit, ſupra modum admiratione ac laudibus virum proſecutus ob judicii ſubtilitatem & ingenii ſagacitatem, defunctiq; vitam hiſtoricè abſolvit: nam qui iſta ſcribit, eum librum nactus fuit, multa caligine de induſtria obtectũ, & quaſi alta nube perfuſũ, nõ tam propter dictorum obſcuritatem, quã quod prolixã Alypii cõtineat magiſterium exercentis diſputationem, cùm rerum diſceptatarum, quatenus ratione mitantur nulla exſtet memoria. Loquebatur idem liber profectiones Romam verſus incredibiles, quib. cauſa nulla ſubeat, nec animi par magnitudo reſpõdebat: oſtendit tamẽ multos fuiſſe viri illius admiratores: ſed nullum illic teſtimonium factã dictáve memorabilis adfertur. Videtur certè præclarus ille Iamblichus eodẽ laboraſſe malo, quo pictores, qui formoſulos in ætatis flore cõſtitutos dũ pingũt, volũtq; picturę lenocinio quoddã & gratiã de ſuo adijcere, totã depravãt repręſentatã effigiẽ, ſic ut & ab exẽplari propoſito pariter, & à vera forma aberrẽt. Simili modo & iſte, dũ veritatis ſtudio laudare virũ ſatagit, demõſtrat, quàm atrocia in judiciis ſuo ſeculo exercita ſupplicia, quã grauib. rerũnis proſſi fu-

ἀπελθὼν δὲ ἐγκώμιος ἐφ' ἑαυτῷ τῷ κρὶ τὴν ὀξύτητα θαυμάσας, πολλάκις τε ἰδίᾳ συνέτυχεν αὐτῷ, καὶ ὅταν ἐφορμηθῇ τὸν ἄνδρα τῆς ἀκριβείας καὶ συνέσεως, ὥστε καὶ ἀπελθόντος βίον συνγράψαι. καὶ ἐντυχὼν ὁ ταῦτα γράφων τοῖς γεγραμμένοις, τὰ γεγραμμένα δ' ὑπὸ τῆς συνηθείας ἠμελήθητο, καὶ νέφος ἀντοῖς ἐπέχεχεθήκει, οὔ τι δι' ἀσάφειαν τῶν λεγομένων, ἀλλὰ διὰ σκαλὸν εἶχε τὸν Ἀλυπίου λόγον μικρόν τινα, καὶ διαλέξεων ὑποστὰν μῆκος λόγων ἐχουσῶν, ἀποδημίας τε εἰς τὴν Ῥώμην ἔφασκε τὸ βιβλίον, αἷς οὔτε αἰτίαι προσῆν, οὔτε τὸ τῆς ψυχῆς συνεφαίνετο μέγεθος· ἀλλ' ὅτι εἶπον πολλοί τε θηρῶντες τὸν ἄνδρα παραδηλοῦσαν, τί δὲ εἶπεν ἢ ἔπραξεν ἀξιόλογον, οὐκ ἐδηλοῦτο· ἀλλ' ἔοικεν ὁ θαυμάσιος Ἰάμβλιχος ἑαυτὸν φιλοσοφῆσαι τοῖς γραφικοῖς, οἵτινες ἐν ὥρᾳ γράφοντες, ὅταν χαρίσασθαί τι παρ' ἑαυτῷ εἰς τὴν γραφὴν βουληθῶσι, τὸ πᾶν εἶδος τῆς ὁμοιώσεως διαφθείρουσιν· ὥστε ἅμα τι τῷ παραδείγματος ἡμαρτηκέναι καὶ τῷ καλλους, ὅταν καινὸς, ἐπαινέσαι προελόμενος ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν, τὸ μὲν μέγεθος ἐμφαίνει τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐν τοῖς δικαστηρίοις καλάσεων καὶ ἀτυ-

ἀτυχημάτων αἰτίας δεῖπὸ τῶνους ἢ προφάσεις, ἔτε σπερμικῶς ἐξηγεῖσθαι πολιτικῶς, ἔτε προελόμενος, τὸν πάντα χαρακτῆρα συμέχειν τῆς βίου μόλις τοῦτο καταλιπὼν τοῖς ὀξυδορκεῖν ξυλλαβεῖν, ὅτι τὸν ἄνδρα ἐθαύμαζε, καὶ διαφερόντως αὐτοῦ τήν τε παρὰ τὰ δεινὰ καρτερίαν, καὶ τὸ ἀνέκπληκτον, ἵν τε ἐν τοῖς λόγοις ὀξύτητα καὶ τομὴν κατεσκευάζετο· ὁ δὲ Ἀλύπιος Ἀλεξανδρεὺς ἦν τὸ γένος· καὶ τὰ μὲν εἰς Ἀλύπιον, ταῦτα· καὶ ἐτελεύτα γε ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γηραιός. Ἰάμβλιχός τε εἶπ' αὐτῷ, πολλὰς ῥίζας τε καὶ πηγὰς φιλοσοφίας ἁφείς. Ταύτης ὁ ταῦτα γράφων τῆς φορᾶς ἐτύγχανεν. Ἄλλοι μὲν δὲ ἀλλαχοῦ τῷ εἰρημένων ὁμίλησαν διεκρίθησαν εἰς ἅπασαν τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐπικράτειαν. ἈἸδέσιος δὲ καθέλαβε τὸν Μύσιον Πέργαμον.

Τέλος τοῦ βίου τοῦ Ἰαμβλίχου καὶ Εὐνάπιου.

erint mortales, sed causas & primas origines, siue illa nata sint, cùm explicare politicè non valeret, neq; magnũ in eo laborem collocaret, totam vitæ formulam lineamentáq; omnia confudit, vix oculatissimis quibusq; percipiendum illud relinquens, quod Alypium suspiceret, quod eius in periculis malisq; constãtiam & animi firmitatẽ præterea orationis acrimoniã & penetrationem probaret. Enatũt Alexandrinus gente Alypius, de quo hactenus, decessitque in patria senio confectus: & post eum Iamblichus, multis emissis sparsisq; philosophiæ radicibus ac fontibus. In hũc eruditorum hominum proventũ incidit, qui ista scribit: nam è cõmemoratis discipulis alius aliò per universam Rom. Imperii ditionem variè distracti sunt: in quibus Aedesius Pergamum Mysiæ sedem sibi delegit.

Iamblichi vita per Eunapium Sardianum scripta Finis.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΒΙΟΣ ΕΚ ΣΟΥΙΔΑ.

Ἰάμβλιχος Χαλκίδος τῆς Συρίας φιλόσοφος, μαθητὴς Πορφυρίου τοῦ φιλοσόφου τοῦ Πλωτίνου ἀκροατοῦ, γεγονὼς κατὰ τοὺς χρόνους Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως, ἔγραψε βιβλία φιλόσοφα διάφορα.

EIUSDEM IAMBLICHI VITA EX SUIDA.

Iamblichus ex Chalcide urbe Syriæ oriundus philosophus, discipulus Porphyrii philosophi qui Plotini fuit auditor, vixit circa tẽpora Constantini Imperatoris. Scripsit varios libros in Philosophia.

Meminit Commentarius Græcus Sopatri, Syriani & Marcellini in Hermogenem *pag. Aldi edit.* 383.

Καὶ Πυθαγόρας δὲ, ὡς ἱ ἀμβλιχός φησιν ἐν τῷ περὶ τῆς Πυθαγορείου αἱρέσεως, μίσον νυκτὸς ἀστρονομούμενος, νεανίαν τινὰ σὺν αὐλητῇ κωμάζοντα μετὰ λαμπάδος κατὰ αὐλητρίδος, τόνδε οἶκον αὐτῆς ἐμπρῆσαι σπεύδοντα δῆθεν ζηλοτυπίαν, ἐπέσχε τῆς μανίας προκαλεσάμενος τῇ αὐλητρίδι μεταβάλλεσθαι τὸν ῥυθμὸν δή τι κατασημαλικώτερον μέλος τὸ καλούμενον σπονδεῖον. Locus est lib. 1. cap. 25.

Meminit Iulianus Imperator. Cujus aliquot ad ipsum Epistolas perquam elegantes subdere placuit.

IULIANUS IMPERATOR IAMBLICHO PHILOSOPHO, *Petro Martinio Morentino Navarro interprete.*

VLyssi satis fuit ad filij de ipso opinionem coërcēdum dicere, *Non sum de superis, quid me immortalibus æquas?* At ego ne hominem quidē esse me dicere ausim, ut est in proverbio, quādiu absum ab Iamblicho: Veruntamē eius studiosum cupidumq; esse me concedam, sicut ille pater Telemachi. Quamuis enim indignum me aliquis fortasse dixerit, attamen non propterea me à tui amore abstrahet. Nam & multos egregiarum statuarū amatores fuisse audio, qui nō solùm artificis laudi nihil obfuerint: verùm etiam suo erga illas amore veram vivámq; voluptatem operi addiderint. Quod autem me veteribus illis sapi-

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ ΓΑΜΒΛΙΧΩ ΦΙΛΟΣΟΦΩι.

Ὀδυσσεῖ μὲν ἐξήρκει τῷ παιδὸς τὴν ἐφ' αὐτῷ φαντασίαν διαπέλλοντι, λέγειν,

ΟΥ̓τοι τις Θεὸς εἰμὶ· τί μ' ἀθανάτοισιν ἐίσκεις;

Ἐγὼ δὲ οὐδ' ἂν ἄνθρωπον εἶναι φαίην ἄν, ὡς ὁ λόγος, ἕως ἂν Ἰαμβλίχῳ μὴ σπουδῇ· ἀλλ' ἐραστὴς μὲν εἶναι ὁμολογῶ, καθάπερ ἐκεῖνος τῷ Τηλεμάχῳ πατήρ. Κἂν γὰρ ἀνάξιον μέ τις λέγῃ τοῦτο ποθεῖν ἀφαιρήσεται. Ἔστι γὰρ ἀγαλμάτων καλῶν ἀκούω πολλοὺς ἐραστὰς γενέσθαι, μὴ μόνον τῷ δημιουργῷ τὴν τέχνην μὴ βλάπτοντας, ἀλλὰ καὶ τῷ σφῶν αὐτῶν πάθει τὴν ἔμψυχον ἡδονὴν τοῦ ἔργου προστιθέντας. τῷ γε μὴν παλαιῶν καὶ σοφῶν ἀνδρῶν, οἷς ἡμᾶς

εἰς ἡμᾶς ἐξηρίθμεις ἐθέλεις παίζων, ὅσον τοῦτον ἀπέχειν φαίης, ὁπόσον αὐτὸς φοιτῶν ἀεὶ θυμῷ μέτειμι πεύθων. Φοῖ σύγε Πίνδαρον μόνον, ἠδὲ Δημόκριτον ἢ Ὀρφέα τὸν παλαιότατον, ἀλλὰ καὶ ξύμπαν ὁμοῦ τὸ Ἑλληνικόν, ἀπόσον εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἐλθεῖν μνημονεύεται, καθάπερ ἐν λύρᾳ ποικίλων φθόγγων ἐναρμονίου συστάσης, πρὸς ὃ ἐνέλες τὴν μουσικὴν κέρας ἔχεις καὶ ὥσπερ Ἄργον τὸν φύλακα Ἰοῦς οἱ μῦθοι φρόνησιν ἔχοντα τὸν Διὸς παῖδα σῶν, ἀκοιμήτοις πανόπτου ὀφθαλμοῖν βοηλατῆς περιφράττουσιν· ἔτω καὶ σὲ γνήσιον ἀρετῆς φύλακα καθαρὸς παιδεύσεως ὀφθαλμὸς ὁ λόγος φωτίζει. Πρωτέα μὲν δὴ τὸν Αἰγύπτιον φασὶ ποικίλαις μορφαῖς ἑαυτὸν ἀλλάττειν, ὅπως μὴ δοκοῖ τοῖς ἐρωτῶσιν, ὡς ἦν σοφός, ἐκφαίνειν. Ἐγὼ δὲ εἰ περ ἦν ὄντως σοφὸς Πρωτεύς, καὶ οἷος πολλὰ τῶν ὄντων γιγνώσκειν, ὡς Ὅμηρος λέγει, τὸν μὲν οὖν πρὸ φύσεως αὐτὸ ἐπαινῶ, τὴν γνώμην δὲ οὐκ ἄγαμαι, διότι μὴ φιλανθρώπου νοῦ, ἀλλὰ δυσκόλου ἔργον ἐποίει κρύπτων ἑαυτόν, ἵνα μὴ χρήσιμος ἀνθρώποις ᾖ. Σὲ δὲ εὖ γινώσκω, τὸν ἐξ ἀληθοῦς θαυμάζοντα, ὡς ἐδόκει τῷ Πρωτεῖ τὸ σοφὸν μέγα εἶναι, καὶ μὴ μᾶλλον ὡς αὐτὸν, ἀκραιφνῆ καρυφὴν ὄντα χαλκῶν, ἀφθονεῖς ἀνθρώποις· ἀλλ' ὥσπερ ἡλίου καθαροῦ δίκην, ἀπὸ σοῦ ἀκραιφνῶς ὑπὲρ πάντας ἄξεις,

entibus ludes ascribis, tantum me ab iis abesse sentio, quantum de eorum grege ac disciplina me esse profiteor. Tu verò non solum Pindarum aut Democritum aut Orpheum illum antiquissimum, sed omnes omninò Græciæ philosophos, qui in eo genere floruisse memorantur, tanquam in lyræ variis è sonis concentu ad perfectam Musicam conjunxisti: atq; ut Argum illum qui Iovis delicias custodiebat, pervigilibus oculis undiq; pictæ obleptunt sic te virtutis verum & germanum custodem puris doctrinæ luminibus illustrat eloquentia. Aiunt Proteum illum Ægyptium se in varias formas totum mutasse, quasi verum ne imprudens hominibus requirentibus sapientem se esse demonstraret. Ego verò, si quidem sapiens fuit reipsa Proteus, & is qui multas res cognosceret (sicut vult Homerus) de scientia eum laudo, de ingenio nō laudo: noli enim vir bonus & liberalis, sed impostoris improbi officio fungebatur, cum eo se occultaret, ne hominibus prodesset. At te, virclarissime, qui non jure admiretur, tum quod Proteo sapientia laudi non cedis, tùm multò magis, quod virtutem, summamq; rerum optimarum scientiam nemini inuides, sed instar nitidi solis tuos illustres radios in omnes emittis,

non modò præsentes docendo: sed etiam absentes, quoad licet, scriptis tuis ornando. In quo sanè Orpheum illum nobilem superas. Ille siquidem Musicam suam in belluis demulcendis consumebat: tu tanquam ad salutem humani generis in hoc mundo collocatus, omnibus locis AEsculapii manum imitaris, vocesq; ista facunda & salutari omnes orbis partes perlustras. Quocirca mihi videtur Homerus, si revivisceret, multò justius illud de te usurpare posse:

Unus adhuc vivat, mihi sit pro millibus unus.

in orbe.

Nam ignis ille antiquæ formæ nobis tanquam scintilla quædam sacra veræ atq; uberis doctrinæ à te uno foveretur atq; alatur. Atq; utinam (ὁ Σωτὴρ Iupiter, & sancte Mercuri) contingat Iamblichum optimum, id est, communem orbis terrarum commodum, longissima vita frui. Certè cùm veteres pro Homero, Platone, Socrate, & si quis alius in orbem hunc incidit, iusta vota feliciter atq; ex animi sententia fecerint, vitamq; illorum hoc modo produxerint: non erit incommodum, hominem nostra ætate viris illis & vita & oratione parem, similibus votis ad summam senectutem cum omnium felicitate transmittere.

ὑμένον τοῖς παροῦσι τὰ εἰκότα ξυγγράφων, ἀλλὰ καὶ ἀπόντας, ἐφ' ὅσον ἔξεστι, τοῖς παρ' σαυτοῦ συμβύνων. Νικᾷς δ' ἂν ἔτι καὶ τὸν Ὀρφέα τὸν παλαιὸν, ᾧ πρὸς τὰ θηρία μὲν τὰ οἰκεῖα Μουσικὴν εἰς τὰς τῶν θηρίων ἀγωγὰς κατανάλισκε· σὺ δὲ ὥσπερ ἐπὶ στηρίᾳ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους τεταχθεὶς, Ἀσκληπίᾳ χεῖρα παντὶ καὶ χωρὶς ζηλῶν, ἅπαντα ἐπέρχῃ λόγοις καὶ σωτηρίῳ πνεύματι. ὥστε μοίρᾳ δοικεῖ καὶ Ὅμηρος, εἰ ἀνεβίω, πολλῷ δικαιότερα δικαίως ἐπί σοι εἰπεῖν τὰ ἔπη, αἰνίξασθαι τὸ,

Εἷς δ' ἔτι μοι ζωὸς καμάτῳ τε καὶ εὐρέϊ πόντῳ.

Τὸ γὰρ πῦρ τὸ παλαιᾶς κόμμα τοῦ ἀνθρώπου οἷόν τι σπινθήρ τις ἱερὸς ἀληθοῦς καὶ γνησίας παιδείας ὑπό σοι μόνῳ ζωπυρεῖται. καὶ εἴη γε Διὸς σωτῆρος καὶ Ἑρμοῦ ἄνακτος, ὁ κοινὸν ἅπασι τῆς οἰκουμένης ὄφελος, Ἰάμβλιχον τὸν παλαιὸν ἐπὶ μήκιστον χρόνον περιεῖδε σώζοντας σωκαὶ ἐφ' Ὁμήρῳ καὶ Πλάτωνι καὶ Σωκράτει, καὶ εἴ τις ἄλλος ἄξιος τοῦ χοροῦ τούτου δικαίως ὢν ἐπὶ γῆς ἐπέτυχε τοῖς πρότερον εὐτυχήσασιν, ὕστωσὶ ἐκείνων καιρὸς ἐπὶ μᾶλλον πρύνειν· ὁ δὲ καὶ κωλύει καὶ ἐφ' ἡμῖν ἄνδρα ἐπὶ γῆς βίῳ τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις ἀντάξιον, ἐφ' ὁμοίοις εὐχαῖς εἰς τὸ ἀκρότατον βίου γῆρας ἐπ' εὐδαιμονίᾳ τοῦ ὅλου σπείρειν.

β. Ἰάμ-

Βῃ Ι'ΑΜΒΛΙ'ΧΩ.

Ἀλ'ὰ δυνομαί σε τῆς ἐν τῇ μέμψει γλυκύτητος, καὶ ὡς ἑκάτερον ἐξ ἴσου πράττεις, καὶ οἷς γράφεις τιμᾷς, καὶ οἷς ἐγκαλεῖς παιδεύων. ἐγὼ δὲ εἰμί τι συνειδὼς ἐμαυτῷ τὸ πρός σε γινομένου καὶ κατὰ μικρὸν ἐλλείψαντι, ὥστε εἰς ἢ τὰς προφάσεις εὐλόγως εἰπεῖν, ἐπειρώμην, ὡς ἔνην, τὴν μέμψιν ἐκκλίνειν, ἢ συγγνώμῃ ἁμάρτοιμ' ἂν εἰκότως ἐν ἡρεμίᾳ. ἐπεὶ καὶ ἄλλως δυσχερὲς οὐδὲν σὲ πρὸς τὰς σὰς, εἴτι πρὸς σὲ φιλικὸν ἐξήμαρτον ἀπόδεις. νῦν δὲ ἐγὼ ἤνεγκα πρόφασιν εὐθὺς, ἐπειδὴ ἀμελεῖν, ἵνα τύχοιμι ἂν εἰδὶ ζητοῦντες ἀποδεῖξαι φέροντι καθάπερ ἐν δίκῃ γράμματα ἀπολογήσεως, καὶ ὅτι ἐξ ἐμαυτὸν ὧν ἐχρῆν, εἰς σὲ παρῆκεν, ἀλλὰ μετὰ μελλήσεως τολμήσασα. ἦλθον ἐκ Παννονίας πρὸ τρίτου τοῦτο ἔτους, πόλεις ἀφ' ὧν οἶδα κινδύνων καὶ πόνων ἀπούσας· ὑπερβᾶσα δὲ τὸν Χαλκηδόνιον πορθμὸν καὶ ἐγγίσασα τῇ Νικομήδους πόλει, σοὶ πρῶτον κατάπερ πατρίῳ θεῷ πρώτῃ ἐπέλευσε σὸς ἐμαυτῇ ἀφικέσθαι, συμβολὸν τῆς ἐμῆς ἀφίξεως τῆς ἐμῆς, οἷον ἀνάθημά τι ἱερὸν εἰς σὲ πρόρρησιν ἐκπέμπων καὶ ἣν ἐκομίζοντα γράμματα ἐκ βασιλείων ἀπαιτήσων εἷς, Ἰουλιανὸς ὄνομα,

II. IAMBLICHO.

SEntio tuam in reprehendendo dulcedinem, & quemadmodum utrumq; pariter efficias, ut & nos scribendo ornes, & reprehendendo erudias. Ego verò si mihi essem conscius vel tantillum officio erga te meo defuisse, certè aliqua probabili ratione crimen conarer effugere, quantum possem, aut delicti veniam petere non recusarem: præsertim cùm te sciam non esse tuis implacabilem, si quid per imprudentiam in amicitia offenderint. Nunc autem (neque enim cunctationem aut inertiam res ferebat, si modò assequi aliquandò voluimus, quæ semper optavimus) constituti tibi tanquam coram judice res esset, causam dicere, nihilque à me, secus quàm oporteret, vel negligentia vel tarditate commissum esse, probare. E Pannonia veni tertio ab hinc anno, vix ex illis periculis & laboribus, quos tu minimè ignoras, ereptus. Cùm autem fretum Chalcedónium trajecissem, & ad urbem Nicomedis appropinquassem, tibi primo quasi patrio deo prima pro salute mea vota persolui, cùm ad te signum adventus mei, quasi donarium aliquod sacrum, salutationem misi. Literas autem ferebat unus è regiis satellitibus, nomine Iulianus,

Bacchyli filius, genere Apameus, cui propterea libentiùs Epistolam tradidi, quod & istuc ire & te optimè nosse ajebat. Posteà verò mihi abs te tanquam ab Apolline sacra Epistola allata est, qua te libenter de meo adventu cognovisse declarabas. Fuit verò mihi tanquam lætum omen, & initium benè sperandi, sapiens ille Iamblichus, & Iamblichi literæ. Quid hîc commemorem quantoperè lætatus fuerim, aut quemadmodum legendis tuis literis affectus? Si enim de hac re literas nostras accepisti (quas tabellario cuidam ex iis, qui ad nos istinc veniũt, dedimus ad te perferendas) certè quantam ex iis voluptatem cœperim, è nostris verbis intelligis. Iterum autem cùm domum rediret ducator meorum liberorum, alteras ad te literas misi, quibus & tibi de pribribus tuis literis gratias agebam, & simul in posterum mutuas à te literas flagitabam. Posteà venit ad nos legatus clarus vir Sopater, utque hominem agnoui, continuò exsilui, eumque complexus flevi præ gaudio, quòd nihil nisi te ac tuas literas augurarer. Quas ut accepi, osculatus sum, & ad oculos admovi, mordicusq; tenui, quasi veritus, ne inter legendum imago vultus tui ex oculis meis sensim evolaret. Et quidem statim rescripsi, non

Βαχύλλου παῖς, Ἀπαμεὺς τὸ γένος, ᾧ διὰ τοῦτο μάλιστα τὴν ἐπιστολὴν ἐπεχείρησον, ὅτι καὶ πρὸς ὑμᾶς ἥξειν, καὶ σε ἀκριβῶς εἰδέναι καθυπεσχνεῖτο. μὴ ταῦτά μοι καθάπερ ἐξ Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἔφοιτα παρὰ σοῦ γράμμα τὴν ἄφιξιν τὴν ἡμετέραν ἀσμένως ἀκηκοέναι δοκοῦν̃τος. ἦν τε τοῦτο ἐμοὶ δεξιὸν οἰώνισμα καὶ χρηστῶν ἐλπίδων ἀρχή, Ἰάμβλιχος ὁ σοφὸς, καὶ τὰ Ἰαμβλίχου γράμματα· τί με δεῖ λέγειν ὅπως πέφράνθην, ἢ ἅπερ περὶ τὴν ἐπιστολὴν ἔπαθον σημαίνειν; εἰ γὰρ ἐδέξω καὶ παρ' ἡμῶν ἔνια τῶν γραφέντων, ἴσθι δὲ δι' ἡμέρου δρόμου τὴν ἐκείθεν πάλιν ὁδὸν ὡς σε πεμφθέντα πάνυ ὅσον ἐπ' αὐλοῖς ἡδονὴν ἔχον, ἀφ' ὧν ἐδήλουν γνώσεις. πάλιν ἐπανιόντος οἰκέτου τοῦ τῶν ἐμῶν τέκνων παιδαγωγοῦ, ἑτέραν ἦρχον πρὸς σε γραμμάτων, ὁμοῦ καὶ τὰ ἐπιστολοῖς φθάνουσι χάριν ὁμολογῶν, καὶ παρεκάλουν ἐν ἴσῳ παρ' ἀλλήλους τὴν αὐλησιν ἔχειν αὖθις, μηδὲ αὐτὰ ἐφίσασθαι ὡς ἡμᾶς ὁ καλὸς Σώπατρος. ἐγὼ δὲ ὡς εἶδον γνώριμον ἀναπηδήσας εἶξα, καὶ περιπλακεὶς ἐδάκρυον ὑφ' ἡδονῆς, οὐδὲν ἄλλο ἢ σε καὶ τὰ παρὰ σοῦ πρὸς ἡμᾶς ἐπιστολῶν γράμματα, ὡς δὲ ἔλαττον, ἐφίλουν, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς προσῆγον, καὶ ἁπρὶξ εἶχόμην, ὥστε μὴ λάθῃ με ἐκπορευθεῖσα ἐν τῶν γραμμάτων ἀναλυούσῃ τὸ τῆς σῆς εἰκόνος ἔνδαλμα· καὶ δὴ καὶ ἀντέγραφον εὐθὺς

ὡς πρὸς

pag. 16. v. 8. pro τὸν ἀνθρωπον pulverulique quando ἀνθρωπον scribendum puto. Cæterum potiùs ἀνθρωπίνην statuo leg.

v. 17. Illam præclaram sententiam Archytæ exstat etiam Platonis ἀξιόχῳ & citat Clemens Alexand. στρωμ. β. Simplicæ Theodoretus λόγ. τ. ψυχ. ἀλλὰ καὶ.

pag. 22. v. 10. τὸ ἡγεμόνευμα παρέμφ. legendum suspicor.

v. 29. πρὸς ἀναλλάττον, omninò legendum puto, & in versione mihi inconsequens scrib. illa enim docent, quæ consequuntur, maximè.

pag. 23. v. 4. ἀπ' legen. vel, ἀπὸ ἕ.

pag. 24. v. 15. πλάσεως πρέπει simpliciter legebatur. Ego quia quod videbatur desiderari, addidi de meo, ut omninò necessarium.

pag. 26. v. 2. ἀντιφάσεις hæc postea cap. 7. p. 42. v. 10. iterum tractantur ab Iamblicho.

v. 5. τοῦτ' ἐν ἐκ μαρμαλάτου τοιαῦτα διαφορὰς, lege atque interpung. atque ita in versione restitue, huic verò similis talis divisio est.

v. 21. vide an potiùs προσγεγράφθαι, pro προσγεγράφθω leg. sit.

pag. 27. v. 25. ὁ μὲν ἐν τοῖς ἐ τόμοις. Illa omnia cum sequentibus usque ad v. 5. pag. sequ.

desumpta sunt ex priori Alcibiade Platonis pag. 123. edit. Basil. sed tamen ad verbum neque ordine Platonico.

v. 27. ἀνδρεῖαν legitur apud Platonem.

Pag. 28. v. 16. Et hæc ex Platonis dialogo ἐπὶ τῷ πρώτῳ desumpta sunt, ubi lacientur in principio statim Dialogi. Quosquam Iamblichus & hic non plane secutus est verborum, quæ sunt apud Platonem, ordinem. Ita verisimile est eum secutum fuisse Ficinum.

v. 29. pro πάντων hic τῶν, Plato habet, conjunctim πανταπασι.

Pag. 29. v. 7. βλαπτὰ δυνατὰ leg. apud Platonem. & mox φυγὴν μὲν τὸ κακὸν, idem Plato, cujus verba finiit v. undecimo ubi φύσιν collocãda.

v. 16. τῶν τριχῆ illa quoque omnia usque ad pag. 31. v. 14. Iamblichus ex fine Timæi Platonis desumpsit. pro ψυχῶν, Plato habet ψυχῆς.

v. 22. καὶ τὸ ταυτὸ ὑπόστασιν legit Plato. & v. 27. πρὸς ἄλληλα συμμίξαντα, ita in Platone legitur. Etsi nostra lectio omnino repudianda non sit.

Sic v. ult. συγχύσεων, si annotare negatur.

Pag. 30. v. 3. οὐδὲ τὰς ἐν δημίαις ἀφιλοτιμίας ἀπαιτήσεις, ἢ πάντα ἀληθῆ ἀπαιτήσεις ἐφεξῆς ex Plat. leg. & v. 8. ἀλλήλαις Plato.

v. 9. pro καὶ ἢ οὐδὲ, in vulgatis editionibus Platonis reperiam, opinor, καὶ legimus.

v. 12. οὐδὲ γεγυμνασμένῳ exemplaria Platonis edita.

v. 17. ἀνδρεῖον ὄντα, ita nominandi casu Plato.

v. 21. οὐδὲν ἀλλο πλὴν ἀνδρεῖον, & statim v. 23. οὐδὲν τοῦτο & v. seq. μόνον τοῦτον ταυτὸν τοῦτο judicio meo in Platone legitur.

v. ult. Etsi omnia exemplaria Platonis habeant, ut hic noster Iamblichus. ἀμφότερα, & quidem ita verterit, ut puto, Ficinus, quod & ipse retinuit tamen propter ἀφθορίας suspicor non esse germanum, sed pro eo ἀριστα, potiùs esse leg. judicent eruditi.

Pag. 31. Dubito an hic debeat esse hujus capitis ut & superioris quinti sectio, cum continentur illa verba in Timæo Platonis habeantur.

v. 5. ἐξαθῆναι, & v. 8. τὸ ταυτὸν Plato.

v. 14. ὁ γὰρ δὴ, hucusque verba Platon. attulit Iamblichus.

v. 17. οὐδὲ τὸ θυμοειδὲς τὸ λοιπὸν suspicor legendum. Hic asscriptum erat πανταπασιν θυμοειδὲς ἡ ἐπιθυμία Λέων· θυμὸς. Ἀνδρεῖον· λόγος.


v. 24. πολὺ μᾶλλον τὸ ὡς ἐμὲ leg. censeo.

Pag. 32. v. 13. καὶ ἐν τῷ ταυτῷ, vel τὸ ταυτὸν ἑαυτὸν leg. suspicor.

Pag. 33. v. 23. τετραμμένῳ nominandi casu leg. puto.

v. ult. negativam οὐκ redundare existimo.

Pag. 34. v. 10. Hic margini asscripta legebantur hæc:



Pag. 35. v. 20. ἑαυτῶν αἱ ἄλλαι scribendum puto. Sic v. 23. τὰ δὲ ἄλλα. præpositio non conjunctio esse debebit.

Pag. 36. v. 9. θεωρίας οὐδὲ τι, ejecto ϛ planè ocioso. vel ante ϛ aliquid deest.

Pag. 37. 6. ἐκεῖ πρὸς ταυτὰ, obscurè dictum, ut plane meum bene à me additum.

v. 8. ἐπὶ ψυχὴν plane legendum censeo, non τὴν χρῆσιν.

v. penult. ὁ δὲ περιέχει, παρέχει συγχωρ. putarem leg.

Pag. 38. v. 9. τὰ ἀφωρισμένα leg.

v. 19. ἀνθρώπους legendum videtur, etsi per evocationem nominandi casu converterim. & v. 23. τὰς πρὸς τὸ ποιεῖν scribo.

Pag. 39. v. penult. pro ποιότητι, vide num ποιότητας potiùs legen. sit.

Pag. 40. v. 2. δυνατὸν λαβεῖν ἐν ᾧ leg. videtur, ut mox v. 27. & pag. 41. v. 14. &c. v. ult. ἀμφοτέρων legendum suspicor. Quamquam si illud axioma, quod vulgo jactatur, verum est, unius generatio est alterius corruptio, ἀμφοτέρα subsistere posserit. Sed noster philosophus non fuit tam delirus, ut hoc tueretur.

v. 24. Nescio satis an locus sanus sit. Quia verò mihi dubius est, cum asteriscō notavi.

Pag. 42. v. 19 post δυνατῶν, ἀμφοτέρων, vel simile, omissum putarem. Et sequentia videntur non vacare mendis. Quæ quia tollere non possum, (meum sensum quidem ea ut commodum

elicere,

sicere, illiberisbo notari, lacunam etiam relicta, ut nobis melior aliquis ἐκ τοῦ illa sanet.

v. penult. τὸ δὲ τοῦ, vel τοῦ leg. τοιοῦτο.

Pag. 43. v. 1. συνιόντα legebatur in nostro manuscripto, nomen scilicet pro adverbio, ut accentus declarabat.

v. 9. pro ἐφιλόμην, ego vel ἀφιλόμην, vel potius ἀφειλόμην leg. iudico.

v. 31. pro χρίσμασί τε vide num χρίσματα τὰ leg. sit.

Pag. 44. v. 10. Hæc supra etiam tractantur p. 26. v. 3.

Pag. 45. v. 18. ἐκφανεῖ legebatur.

Pag. 46. v. 4. ἅτε λαμπρόν, obscurum nec integrum esse puto, fortè λαμπρὸν rectiùs scribetur.

Pag. 47. v. 10. πολλὰ δὲ καὶ ἀγαθὰ ἐμπεφύκασιν imperfectum, si legamus ἢ ἐμπεφύκασι καὶ ἀγαθὰ, fortasse non malè fluet oratio, certè perfectior erit. Hoc etsi mihi placuerit in versione, tamen in contextum referre nolui, ne meis coniecturis gravissimum philosophum temerarem, solùm indicare volui ut si quis quid rectius illis norit, candidus impertiat, si non, his mecum utatur.

v. 23. ὅτι πάντως leg. censeo non ἐν. Sic v. 25. τὸ δ' ἐν quod legebatur indubitater in δὲ ν mutandum confui.

v. 31. καὶ ὁ δυνατὸς, ut converti: sic legendum puto.

Pag. 48. v. 1. φρονεῖ ἄριστα suspicor rectiùs legi.

Pag. 49. v. 12. Locum mendosum habeo & pro ὑπομιμνῆσαι τὸ κεφάλαιον, ὑπομνῆσαι τὰ περὶ, καὶ λέγω δὲ &c. rectè legi posse conjicio.

v. pennult. etsi ἀφεῖσθαι probatum sit, & rectè ita dicatur, tamen propter gerundivum, ut sic dicam, quod præcessit, vide an non potiùs etiam ἀφιέναι leg. sit.

Pag. 50. v. 5. Iunc συμφαγόντων mihi planè suspectum est, putavi aliquando inter exscribendum συνιόντων legendum. Verùm nunc potiùs cum Tiara συμβαλόντων, ut convenientius magisque appositum præfero. & mox v. 9. perperam ἴσχει indicat. mod. pro Optat. ἴσχοι legebatur; quod vel puer videat.

v. 18. ἀλλὰ νῦν τοῦτον βίον, fortè legendum, & sic in Latino ponendum foret, talem vitam.

Pag. 52. v. 10. σπαργανῶσιν. Hesychius Grammaticus idem esse dicit, quod Græci alias σπαργανοῦν vocant. pereleganter per eum modum vocabulum, quo usus est Plato in Phædo. & infrà p. 77. v. 12. citatur ab Iamblicho, tractum ab Apollodoro pictore, à quo etiam μιμήσασθαι τὸ μᾶλλον, ἢ μιμήσασθαι, originem cepit. Cæterùm sententia est insignis & imo in pectore reponenda magnorum admiratoribus, ut omnibus mortalibus quæ statim sequuntur, ea quæ hominib. magna videntur, meram esse σκιαγραφίαν, ne insani Ixionis in morem nubem pro Iunone & umbram pro corpore amplectantur, atque hominem nihil esse, nihilque itidem in rebus mortalium esse stabile. Robur, amplitudinem, formam, risum esse. &c.

v. 21. Illa πολὺ ἂν ἥδιον ἴσως τινὰ τῶν ἄνω ἀπιστεῖ, planè suspecta καὶ ὑπόπτα sunt, nec tamen tam sum Lynceus, ut hic videam, quopacto medicam manum admoveam. Putavi aliquando ita scribendum, πᾶσι δὲ ἥδιον ἴσως τινὰ τῶν ἄνω ἀπιστεῖν, ὁ δύναται ὁρᾶν ἐξ ἀνθρώπου ἀνθρώπων; Quo cum nondum quid habeam melius, πάλιν: Quia autem idoneum sensum ex illis verbis colligere non potui, lacunam reliqui, ut docti illam majori nobis perspicacitate pollenter repleant.

v. 23. Τιμαί, &c. Divina planè sunt hæc nostri Philosophi, quæ utinam legerent, quia Chrysostomi, Theodoret. Salvianum cum aliis sanctissimis patribus nolunt, τὰ ἱερὰ respuunt, qui circa hæc nimis quàm insanium.


Pag. 53. v. 3. τελετὰς χέουσι. Quod hic dicitur de sacrificiis, & mox quoque, quod veteriores dicebant olim de poenis, nescio quid sibi velint. Non dubitem, quin Simplicii Commentarii hæc, ut reliqua omnia fatis superque exponant, atque enodent. Interea verò sensum verborum utcunque me reddidisse spero.

v. 11. De pœna qua afficiebant, quos ceperant prædones Hetrusci, meminit etiam Val. Maxi. lib. 9. cap. 2. Et Mezentii exquisita pœna quam miseris inferebat, legitur Æneid. 8. his ce versibus,

Mortua quin etiam jungebat corpora vivis,
Componens manibusque manus atque ordine ora.

Pag. 54. v. 9. Hic meo judicio defectiva est oratio. Quare post διάνοιαν ὀφθῆναι, vel simile aliquod verbum omissum putarem, quod in versione quidem expressi, sed in contextum referre non fui ausus.

Pag. 55. v. 17. Hic in margine hæc notata erant.



v.32. τὰ δ᾽ μέλλα, τὰ δ᾽ καὶ πάντελῶς, omninò leg. puto.

pag.57.v.10. Ἀπόφθεγμα τὸ εὐφυὲς, Apophthegma est præclarissimum, quod hic Pythagoræ tributum est ab Iamblicho. Verè enim in hoc nati sumus, ut cœlum ceu veram patriam nostram intueamur. Quò respexit ille, qui dixit,

Os hominis sublime dedit, cœlumque videre
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

Et Rex ille prophetes ac Psaltes, ἐγὼ τὰς ὀφθαλμούς μου εἰς τὰ ὄρη (ad excelsa librorum prophetarum scilicet ac legis, inquit D. Hieronymus) ἐπῆρα ἀπὸ βοηθείας μου. Et D. Basilius in Liturgia ἄνω χάριν τὰς καρδίας, &c.

pag.58.v.1. τὸ τῆς ψυχῆς articulo masculi. quod in neutrum mutavi legeb. & v.11. pro συμφερόντως omninò κατὰ φερόντως legend. statuo. Non enim edita sumus, ut contemnamus & discamus: sed uti sæpè jam indicavit, ἵνα μὴ φερόντως καὶ μανθάνῃ.

v.17. ἢ τις ἐπίσης planè legendum suspicor. quia oratio est dubitativa.

v.26. pro τὸ ψυχῇ legendum censeo, τὰ δ᾽ τὸ ψυχῆ.

v.31. Mendosum est illud ἐξαγτὰ, multo autè in ἐξαιρετά. & vocabulo finali δ᾽ ἐπίσης legi utrobique, ut ex versione patet.

Pag.59.v.6. ἀλλὰ τὰ δ᾽, τὰ δ᾽ ἄλλα, plenum esse existimo, atque ita scriptum fuisse ab Iamblicho. Deinde quod continenter sequitur, Ἔστι τὰ μὲν εἰς ἄκρον οἰκτρὰ πρὸ δὲ vel πρὸ δὲ. Nam particulam negativam hic planè omissam suspicor.

v.28. Ῥαδάμανθυν καὶ Μίνω. Minoë, Rhadamanthum, Æacum & Triptolemum ob justitiam, quam coluerunt, judices apud inferos, juxta poëtarum fabulas datos innuit, de quibus in fine Apol. Platonis & passim poëtæ Græci & Latini. Horat. lib.4. Carmin.

Cùm semel occideris, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria,

Hic sanctitatis erat minio, ἁγιότητα τὸ βίου, φρόνησις τὸ μανθάνειν πάσης.

pag.60.v.11. ἀλείπτης ἂν ἀνὴρ legend. puto.

v.21. post ἀμαθὴς vide lector, num μᾶλλα ἄντικρυς δὲ ἐν omissum videri possit. Mihi certè ita placuit, ut in versione posuerim. Oratio enim est cæteroqui planè defectiva.

pag.61.v.25. Articulum accusandi casu τὸν πολιτικὸν lego.

v.30. ἰλαῦ quod in manuscripto erat, necessariò in ἀλλὰ mutandum putavi. & v.31. ἔστω νόμων rectius fortè legetur. Nam πομπὴς, quod perperam legebatur, hanc nostram conjecturam confirmat.

pag.65.v.15. ἀπολιλαῦς ἂν ἔφην legebatur, quod non dubitavi in ἄφειμι vel ἄφιμι mutare.

v.19. ἀκούσας μὲν πρότερα λαμβάνομεν, vel, ἀκούσας πρὸ τὰ μὲν πρώτα. leg. judico. Sic v. 21. itidem malè ἀφέντας legebatur, cùm sit accusativus participii.

pag.64.v.19. pro βλάπτοντες, vide lector an non potiùs in prima persona βλάπτομεν præferendum sit. & v.25. similiter articulum neutrū in masculinum τὸ χρήσιμον mutandum potiùs censuerim.

pag. 67. v.20. τὸ δ᾽ ἐφ᾽ ᾧ, sententia illa tota mihi suspecta & planè mendosa est. Tersi me multum diuque, ut commodam sensum eruerem: sed frustrà. Itaque lacunam reliqui, ut sicilimentum præberem post me messuris.

pag.66.v.30. ἔστι ζῶσι fortè. Etsi dativus ζῶσι non malè quadrare videatur.

pag.68.v.5. πάντα ταῦτα legebatur, ut & convertì. quamquam ταυτὰ edidi, ut puto legend. sicque vertendum, eadem omnia.

v.7. ἐπεύχεσθαι Optandi modo malim.

v.24. μᾶλλον δοκοῦντο τις existimarem potiùs leg. ut supra v.14. φῇ τις.

v.29. pro ἀφομοίνται, quod nihil sonat, ἀφομοίωται vel ἀφιμοίνται leg. suspicor.

pag.69.v.1. σύνοψιν ἄγειν scrib.

v.20. ἴσθι καὶ cum copula scrib. & ἴσθι adver. hortandi, non verbum est.

v.22. κινδυνεύειν. Totus hic locus ex Platonis Dialogo, qui Phœdo inscribitur, haud tamen ad verbum desumptus est. Habentur autem non procul à principio Dialog. pag. Basil. edit. 24.v.50. Atque hæc prima de morte allegantur ab Theodoreto παθ. ἑλλ. λόγ. 9. p. 118. in quo mirum est eruditius, ejus interpretem Zen-

Acciaolum

Aeclaolum κινδυνεύουσι reddidisse, in eo sunt discrimine, cùm sit idem, quod δοκοῦσιν. Minus autem mirum, si nos aliquoties in gravioribus & obscurioribus sexagenarii caligemus. Porrò quod rectius τῇ ἰμῇ in Platone, vel in nostro codice videbitur, item diversitatem lectionum fidelissimè indicaturus sum.

v.27. ὅτι. Illa olim per dubitativam particulam, ἆρα, secutus nostrum exemplar, converti: sed Platonem sequens, malo scribere, quatenus verò moriantur, & quatenus morte, &c.

v.28. ἄξιοι εἰσι ex Plat. scrib. & illa ἐστὶν θανάτου Iamblichi sunt verba, non Platonis, quemadmodum quidem hodie editum habemus.

pag.70.v.2 καθ' ἑαυτό legitur in Platon. & statim v.9. στέφει in Platone. Sed idem est & hoc & illud.

v.17. Plato rectiùs μετ' ἐκείνῃ αὐτῇ, & v.20. ἀφιστάμενα αὐτῇ, & v.18. ἢ τῷ τοιούτῳ legitur.

v.25. τῇ ἀλλοτριοήτῳ est in Platone, & v.27. πολλοῖς ἀνθρώποις, quod & præfero τῇ multis dativis. Contrà mox v.27. pro ἢ itidem rectiùs ᾗ dativus in Plat. est.

pag.71.v.13 pro ἀποτυγχάνει, quod Iamblichus hìc habet, in Platone legitur ἄπειτιν. & mox v.14. δὲ nec est in Platone, nec hìc locum habere puto.

v.18. πῶς τοτὲ κάλλιστα legendum ex Platone. & v.22. αὐτὴ καθ' αὑτὴν & v.29. καθόσον δύναται & v.30. αὐτὸ καθ', & quæ sequuntur v.31. μάλιστα δ' ἔστιν, usque ad pag.72.v.4. ἄλλη, non sunt quidem Platonis verba, sed tamen ab Iamblicho ex Platonis sensu petitæ.

pag.72.v.18. ἐπιχειρεῖ legitur in Platone pag. 25.v.42. sed nostram lectionem præfero. Et v. 30. τοιαῦτα ἄττα λέγειν, ὅτι κινδυνεύουσι τοι est in Platone.

pag.73.v.13. post ἡμᾶς, in Platone additur non inane adjectivum πολλῆς.

v.19. pro χρησίμων, Plato habet χρημάτων, quod nostro præfero.

pag.74.v.4 αὐλὰ τὰ περὶ μάλα, legitur in Platone, rectiùs inè.

v.6. φρόνησις etsi non malè legatur, in Platone tamen φρονήσεως legi indicare volui.

v.11. ἄνευ θαλάττης est in Platone. & v.16. ζῶμεν ὥσπερ ὄντως ὡς itidem legitur in exemplari Platonis. v.25 μὴ τοιοῦτον πεποίησθαι leg. Sic v.29. ἢ μετ' ἢ ex Platone scrib. duco.

v.30. ἡ καθαρσις δι' ὅτου ξυμβαίνει, paulò post sequitur in Platone pag.40.v.20. & τὸ χωρίζειν ὅτι μάλιστα ἀπὸ τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν &c. ut καθ' αὑτὴν interjectum otiosum videri possit.

pag.75.v.2. Illa istis notis [ ] inclusa ex Platone inferenda putavi, ut plena foret sententia. Omissionis causam existimo præbuisse oscitanti scriptori καθ' αὑτὸ præcedens & subsequens. Iudicet æquus & eruditus lector. Sic posteà ubicumque illa notæ occurrunt, è Platone addita à nobis intellige.

v.12. μόνοι οἱ φιλόσοφοι Plato.

v.24. καὶ ἡ σωφροσύνη &c. etsi eodem modo quo hìc citata sunt, habeantur apud Platonem, tamen haud satis scio, num germana sint. fortè alterum, quod non necessario relativo adest, ostiosum est.

v.32. ἡδοναὶ ἡδοναῖς itidem apud Plat. est.

pag.76.v.4. μειζόνων καὶ ἐλαττόνων rectiùs Plato. & v. seq. μείζονα καὶ ἐλάττονα. sic v.7. καὶ δεῖ ἀνθρώπου.

v.9. καὶ τοῦτο ἄλογόν γε δὴ ἔοικεν ἡ ἡδονὴ in Platone legitur multò rectissimè.

v.12. σώφρονές εἰσι Plato, quod si tamen ἄρα retinendum est, tum σώφρονες ponendum. & v. 15. τὸ καθ' ἓν τὸ geminato articulo ex Plato. & hìc legendum contra articulum τὴν omisit Plato v. 24.

v.26. ἐλέγετο τῇ lege ex Platone & v. seq. σωφροσύνῃ, permultum enim differunt, quod in Platone, & quod in nostro est.

v.28. ἀλλὰ μὴν non est in Platone, minimè tamen otiosa. & v3.1. καὶ μείζω ex eodem copulavi.

pag.77.v.5. καὶ ὅλῃ ἢ lege ex eodem Plat.

v.7. Quæ hìc inseruì itidem ab scriba meo judicio fuere omissa, occasione φρονήσεως, quod præcedit & sequitur, eóque interjecta non scripserit.

v.22. ἀνύσῃ καὶ ἀτέλεστῳ legitur in Plato.

v. 28. Carmen constabit si legatur πολλὰ μὲν παρθενοφόρε, κοῦραι δ' ἀγαθαὶ ἔασι. Sed de eo Eras. in χιλ. Et hæc hactenus ab Iamblicho ex Platone adducta citantur itidem ab Ioanne Stob. λόγ. β.

pag.78.v.7. ἀλλὰ τάχιστα. Hæc rursum Iamblichus sumpsit ex eodem Dialogo, habentúrque pag. 92.v.50.

v.21. καὶ ταυτὰ Plato.

pag.79.v.2. Hìc in nostro exemplari ἀλαθὲς vitiosissimè legebatur, quod vel puer videat. In Platone idè est καλλίστη, sed utroque modo legitur hoc verbum.

v.28. ὃ ἐκ ἀληθοῦς φίλου, est in Plat.

Pag.80.v.3. In Platone legitur pag.53. v.7. ἔφην ἐγὼ τε.&c.v.6.συμῶν. Deinde v.8.τοῦ δὲ λογίζεσθαι αὐτὸ, ὅτι ἡ ψυχὴ apud eundem legitur, & hic, ut in versione quoque expressi, legendū est.

v.32 σωφροσύνη ἀμφότερα absque negativa ex Platone legendum judico.

pag.80.v.8. perperam hic in masculino αὐτὸν legebatur, quod in fœmin. ex Platone mutavi. Sic v.13. μεταχειρίζεσθαι est in Platone. & v. sequen. παραπεπλάσθαι.

v.19. ζῶν τε οὕτως δεῖ ἄνευ Plato.

v. ultimo ἄλλοι μὲν πόλλοι eodem dialogo desumpsit Iamblichus. Sunt autem versus finem dialogi pag.43.v.11. atque inde uncis inclusa ut necessaria nostro textui inserui.

pag.82.v.23.ἡ οὐδὲν. Hucusque verba Platonis retulit, quæ sequuntur sunt nostri philosophi.

v.29.οὐδὲ τὸν ἀρχὴν γῆς διαφορὰν. Vide Platonem in Phædro, unde noster hæc desumpsisse videtur. Cæterùm ridētur ab sanctissimo Theodoreto πρὸ. ἑλλην. θεραπ. λόγ. in. nuperæ editionis pag.158.

pag.83.v.17. Illa quoque planè aurea cum sequentibus nonnullis ab Iamblicho petita sunt ex Oratione Socratis, quæ exstat in Apolog. apud Plat.pag.12.v.13. & deinceps juxta Ioan. Valderi editionem, quæ prodiit anno 34. Basil.

v.25.ἀλλ' ἄλλα τινὰς ἄνω σφόδρα est in Platone, ibidem v.22.

pag.84.v.14. Et hæc cum sequentibus usq; ad finem capitis pene ad verbum ex Theæteto Platonis mutuatus est Iamblichus, atque habentur pag.81.v.16. citantúrque simul ab Clemen. Alexand. στρωμ.1.pag. Florentinę editionis 240.& ab Theodoreto προθ. ἑλλ. λόγ. ultimo pag.168. & ab Porphyrio lib.1. περὶ ἀμψύχων ἀποχῆς.

v.27.ἡ ἑπόμενος, non est in Platone, & mihi etiā videtur παρέλκειν.

pag.85.v.1. χόης ab nominativo masculini generis χώς vel χοεύς venit. Hoc autem dici ἀπὸ τοῦ χέω, dubium non est. Iul.Pollux refert inter vinaria pocula lib.10.cap.20. Quid sit exponunt eruditissimè Budæus lib.5.de asse, & Georg. Valla lib.2.de pond.& mens. Epiphanius in lib.de pond.& mens. dicit esse mensuram ξέστου.1. Stanislaus Grespsius etiam post alios diligenter & erudite collegit, quod de eo dici possit, in libello de multiplici sicio & talento Hebraico. Latinè ferè reddunt cōgium. Itaque nos quoque olim congios verteramus. Sed videns diversitatem interpretum variorum, cum doctissimo Ficino & Græcum retinui, & fluctus adjicere malui. Est qui in Platone reddat arenas maris, æquè propriè ac nos. Clement. Alexan. interpres Gentianus homo benè doctus cum Ficino retinuit. Zenob. autem Acciaolus Theodoreti interpres, cùm hæc citantur, convertit, quod aquæ poculis constet mare. Hæc indicare volui, ne quis improbior nobis hinc fortè dicam scribat, quod fluctus reddiderimus.

v.9. manuscriptum habet πίστευν Clemens & Theodoret. πίστιν, Platonis φάρμην ut cōvenientiùs hic ponere malui.

v.11.ᾧ τἀληθὲς ἦν legitur in Platone mendosè, ut opinor, cum nostro autem exemplari consentit Theodo. loco modo indicato, & mox v.13.πεῖσμα. & v.17.ἄνω βλέπων.

v.22.τὰ δὲ ἔμπροσθεν est in vulgatis exempl. Plat. & statim οὐκ πόδας non πῶς leg. ex eodem. ut pag.seq.v.6.

v.27.πλησίον γ' ὁ γείτων. & v.29. ὅτι πρόπολος & ἄλλ' ἀλίγου ex Platone leg.

v.ult.διάφορον legitur apud Plat.

Pag.86.v.3.ἰδιάζει συγγενόμενος, & statim v. 17.pro ἐμμελεστέραν, quod & hic & apud Platonem est, putarem μεμελετημένην potiùs leg. augmento scilicet μι mutato imperitè in ἐμ. nisi quis malit ἐμμεμελετημένας potiùs.

v.25.οἷον συβάκχαι Plato sine articulo, & mox v.29.γοῦν non est apud Platonem, etsi judicē necessarium.

pag.87.v.3. Etsi hic locus ad unguem respōdeat verbis Platonis, tamen olim putavi potiùs legendum ὡς σπουδὴ δ' ἐστὶ τούτοις τὸ τοιοῦτον βιβλίον. sicque nonnulli, ut & nos, illum convertunt, & nondum inde abhorreo.

pag.87.v.13. Hic perperam legebatur ἀπορρῶναι, nostram lectionem, quæ germana est, ex Platone restitui.

v.27. Ἀμφιδέμων nomen ex brevi intervallo bis positum, oscitantem scribam iterum in errorem impulit. Itaque illis propriis inclusa quū illius incuria omissa essent, ex Platone tursum nostræ editioni restitui. Item v.31.πόλις ἢ ἑκατὸν in nostro exemplari prætermissa ex Plat. similiter apposui.

v.ult.καὶ αὐτῶ γελᾶ. Ita omnia exemplaria quæ quidem mihi videre contigit, constanter habent

habent, & interpretes Platonis omnes, quos & ipse sum secutus, vertunt, ridet. Interea non est prætereundum gravissimum longéq; Christianissi. scriptorē Theod. λόγ. α. παθ. ἑλλ. qui est de martyribus, pag. 113, cum hunc locum citat, legere, ἀπ' αὐτῆ γε Λαΐ, ab ipso Lao, ut & reddidit doctiss. Acciaolus (fortè Λαΐς leg.) ἀλλ' ὁ τύπτ, ὡς καὶ ὁ ἄλλος διορθώσατο, quas candidè indico, ἰπίχω. Doctis censuram defero.

pag. 88. v. 2. ἀνοήτων insensati reddidi. quod vocabulum etsi à Gallis videri possit tractum, tamen ab aliis ante me observatum est, hosce ab Latinis habere. Utitur enim sensati vocabulo aliquoties non postremus Latinitatis scriptor Iulius Firmicus Maternus.

v. 14, ἐκάστου αὐτῶ legebatur, nostram lectionem ex Platone posui.


v. 18. rectiùs hic nostrum exemplar, qua vulgaria edita Platonis, quæ hîc ὡς βασιλ. pro ἢ habent.

pag. 89. v. 4. pro ἀναπλώς, quod in nostro malum non est, Plato habet ἀναπλῶν. v. 6. ἐ ζωῆς nō est in vulgatis exemplaribus Plat.

v. 18. καὶ ὀρθῶς lege ex Platone. & v. 20. quid si ἐπὶ δίκῃ unico vocabulo tā in Platone, quàm hîc ἐπιδίκῳ, hoc est, ἐπιδίκως legamus?

v. 29. Et hæc cum sequentibus citata ab Theodoreto παθ. ἑλλην. Serm. ult. pag. 168.

pag. 90. v. 18. θεὸς ὑδαμῆ ὑδαμῶς ἄδικος &c. præclara illa est sententia Platonis & planè divino homine digna: hic erat hæc figura.



pag. 91. v. 5. ὅτι δ' ἔλεγεν ἐπὶ γῆς ἄλλως ἄχθη, sic constanter habent omnia, quæ quidem vidi exemplaria Platonis, & sic interpretes, quos & ipse secutus sum, legerunt. sic & Eras. in adagio ἄχθου ἀρούρης. interea etiam, atq; etiā videndū, an non juxtà Petrei Tiaræ doctissimi hominis conjecturam potiùs legi ubique debeat, ὅτι ἄχ. Ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ γῆς ἄλλως ἄχθη. Frequenter enim apud illum poëtam cujus dicta oraculi vice habuit Socrates, & seculum prius, obvium est illud, ἄχθου ἀρούρης.

pag. 92. v. 4. Plato communiter hic habet συνόντες, quod tamen leviculum est. Deinde quod sequitur v. 7. ὑπερογκοφρονοῦντες, non est Platonis sed Iamblichi.

v. 24. ῥᾳ &c. Hæc omnia ad verbum, penè ad finem usque capitis, mutatus est Iamblichus ex principio statim septim. dialogi de Rep. quæ ille dexterrimè, ut omnis, ad suū institutū accōmodavit. Nos inde pleraque in nostro exemplari vitiosè descripta sanavimus.

pag. 93. v. 13. pro simplici compositum παραγωγοτερον in Platone legitur.

pag. 94. v. 2. post τινὲς hic erat lacuna, quam nullo negotio complere & tollere proclive erat ex Platone, addendo ἔστι τί μᾶλλον ἢ οὐκ ἔστι, &c. Et v. 5. in nostro manuscript. erat τὰ δοῦλα, quod in τὰ παιδία ex Platone mutavi. Sic νομίζειν in nostro codice aberat. Item ἅπερ ἐρῶμεν evestigiò sequitur in Platone, atque ita legēdum judico.

v. ult. in manuscs. ὀρθότερον βλέπει erat, quod ex eodem loco ita mutavi.

pag. 95. v. 4. αὖτ' ἀπεῖναι tam in nostro, quàm Platone potiùs legendum suspicor.

Sic v. 25. καὶ μὴ τοῦτο copula καὶ non est in Platon. codicibus, eámque otiosam habeo, contra ἔστι ἢ οὐκ, quod est v. 15, ex Platone adjeci, & v. 19. ἐᾶν δ' ἂν libet manuf.

pag. 96. v. 7. πρὸς αὐτὸ ὁ τοῦτο ἐστὶ, ἢ τὰ ἐν &c. noster manuf. habet, si cui hoc magis placeat v. 31. Homericus locus, quem Plato, quemq; hic noster allegant, est ἔθνεα. λ.

pag. 97. v. 5. καὶ τότε δὴ habebat noster manu. v. 19, Platonis exemplar. omnia habent πρὸς ἑαυτοὺς. & quod v. 21. in nostro erat ἔτι ex Platon. mutavi in ἔτος, modi enim respondere debebant.

pag. 98. v. 3. Hîc verba Platonis paululum immutata sunt ab nostro Iamblicho, & pro πλουτοῦσιν, quod v. 5. est, Plato habet πλουτοῦσι, & quidem hoc annotari meretur.

v. 18. ἀπολαμβάνοντας δὲ καὶ φιλοσοφίας legendum omninò suspicor.

v. 25. Ἐν τοίνυν non malè quidem legitur in nostro manuscri. interim quia Plato subdit statim post illa verba ἴδιᾳ ἢ δημοσίᾳ, quæ sunt v. 26. ἴδιᾳ τοίνυν, videndum an non ita quoque scripserit noster Iamblichus.

v. 26. pro τοῦζῳ Plato habet πολιτ. ζ. p. 456.

v.42. unde & hæc desumpta sunt, πομίζεις, & οὐχ οἷόν τινες ἄπαγε.

pag.99.v.1. σφᾶς σὺν ἡμῖν in Plato. est, quod in versione secutus sum.

v.4. ἰσάζειν δύναμιν, & v.seq. ᾧ τέλαμα, similiter v.8. τὸ φανὸν idem.

v.14. Ἔστο τοίνυν Plato. & v.seq. itidem una dictione ἐξεπιτηδεύσῃς, ut rectè legitur infrà v.31.

v.17. in subjunctivo μὴ λαφυραγωγήσωμεν tam hîc quàm in Platone malim.

pag 100.v.3. δοκῶ ταῦτα nostrũ exemplar, at Plato πάντα, fortè utrumque ταῦτα πάντα leg. & v.11. τὰ γὰρ ἀνίσως ξυγχωρῶ rectiùs in Platone legitur.

v.19. post ἐξὸν in manuscripto nostro erat lacuna, quam proclive erat tollere ex Platone, cùm inde hæc petita essent.

pag. 101.v.2. ἀνὴρ δὲ legebàtur in nostro libro manu descripto, quod ita necessariò mutandũ putavi, ut edidimus, quo sententia foret perspicua.

v.7. ἀρθῶς λέγεται. Hæc cum sequẽtibus haud tamen ad verbum desumpta sunt ex Gorgia Plat. p.320.v.21.

v.16. ἴσως τελεώτερόν est in Platone, penè Apostolicam vocem videor mihi audire, excepto quod nec peccatum nec peccata tollentem miser intellexit.

v.23. Quod hîc est Σικελικὸς, id in Platone est Σικελὸς, perperam, ut opinor. & v.26. τι καὶ πικρὸν ex Platone inserui, alioquin in nostro non erant.

v.28. pro τῷ ἀρίστων, Plato habet τῷ δ' ἀμείνω τῶν, quod præferendum est.

pag.102.v.2. ἀπαλλαγὴν est in Plat. cujus hîc verba referuntur. In nostro verò manuscripto erat ἀπλησίαν, eóque puto Platonem & Iamblichum usos.

v.7. ἀθλιώτατοι ἂν εἶεν, cum Plat. malim.

v.20. pro λαβὼν δ' ἀπαλλάξας, in Plat. legitur ἀναλαβὼν δ'. & v.seq. sine præpos. ἐπὶ. & in sequentibus nonnihil à Platone variat noster Iamblichus.

pag.103.v.16. ἄρα τοιοῦτον πολίτην οἷόν τε est in Plat.

v.22. ἄπειρον ἄνευ legitur in Platone, sed in nostro manuscripto est ἄβιον, quod secutus sum in vertendo. Sin autem Platonis lectio retinenda est, vertendum erit, multa quoque effluere necesse est. Et libens fatebor me errasse.

v.25. χαιρεδεμῶ βίον, consulendum adagium apud Erasmum Charadrium imitans. Quid intelligatur puto me satis in versione expressisse. Eustathius χαιρέδεμον alicubi τόπον φαυλοτάτην esse dicit, ἀπὸ δὲ χαιρεδεμου atque inde venire χαιρεδεμόνιον, v.seq. perperam in nostro codice scriptum erat adverbialiter πικληρουμένως, cùm sit particip. prætetitum.

pag.104.v.5. contra pro σὺν ἐργῶν, vide an non potius legendum sit adverbialiter σὺν ἔργῳ. & mox v.18. ἀφωμοῖ censeo leg.

v.18. sic πολλοστῶν. Plato ἀδικίαν, ψυχῆς νόσον esse dixit, quem hîc sequitur.

v.21. pro ἀπολαύσει ἀπολαύσῃ legendum scribendũmque judico.

v.26. ὁπόσης ὁδὸς τάξεως, Illa usque ad v. 20. p. 106. philosophus noster ex Platonis Gorgia p. 324. v. 40. & deinceps desumpsit, ac paululum immutata suo instituto accommodavit.

pag.105.v.13. pro τῷ ἀφροσύνῃ, quod malè legeb. in nostro, ex Platone σωφροσύνῃ à me repositum est.

v.25. etsi τὸ ἀπὸν hîc rectè inflexum locum habere posset, tamen in ὑποταπεινῷ cum Platone malo legere ἀπῇ.

pag.106.v.13. ἀλλ' ἄπορα ποιεῖν est in Platone.

pag.107. ab v.1. usque ad 10. hæc figura erat appicta.

σῶμα	ψυχὴ
ὑγίεια, ἰσχὺς,	νόμος.
παῖδες καὶ γύναι	κοινὰ τὰ ἀναγκαῖα ἐλάττω.
Συμμετρία	Ἀρετή.
τάξει χρῆσθαι	κόσμῳ ἀγαθῷ.

v.5. καὶ τὸ ἀγαθὸν, ὃν ἐστὶ τὸ αὐτὸ &c. Hæc itidem noster ex Platonico Gorgia sumpsit, dialogo solum mutato in continentem orationẽ. Habentur autem p.325.v.25, & deinceps.

v.11. ἀγαθοί γε ἐσμὲν, est in Plat. & v.14. ἀλλὰ μὴν δὴ. Item v.17. οὐχ ὕπνος ἀκὴ κάλλιστος, & mox v. 20. ἀπολίποιμι αὐτῶν. τάξει ἄρα πειθαγωγῶμεν καὶ, absque π. Sic v.27. τοιοῦτος, legit Plato.

pag.108.v.7. Oratio in nostro Ecliptica & plena

plena non est. Et puto planè ab Iamblicho ascripta fuisse, quæ imprudens & oscitans scriba deceptus verbo πρώτων bis posito, prætermisit. Itaque addo ex Platone post πρώτων τὰ πρώτων, καὶ μὴν καὶ μάλιστα θρόνους τὰ πρώτων τὰ πρώτων, δίκην &c. Quibus necessariò receptis Latina quoque supplenda erunt, hoc modo, & qui hominibus, quæ decent, facit, quæ justa sunt, faciet: & diis &c.

v. 20. τὸ Ν. articulo masculino ex Plat. scrib.

v. 22. ἃ ἂν πρώτων exempl. Plat.

v. ult. ὡς ἴχνη ποδῶν ἐκείνου ἡμῶν. Eras. hinc Adagium collegit, quantum quis pedibus valeat.

pag. 109. v. 2. μᾶλλον δεῖας est apud Platonem & v. 4. pro ἰδιώτου in Plat. meo est, ἰδιώτης, fortè ἰδιώτας leg. ut & Aldinum Plat. exemplar habet.

v. 10. περὶ τὰ τέλεια pro τῷ ex Plat. scrib. Sic v. 15. pro τοῦτο καὶ τοῦτο Plato habet. Porrò hîc ascripta erat hæc figura.



pag. 110. v. 4. πολλῆς εὐχῆς. Tota hæc oratio fere desumpta est ex dialogo Platonis, cui titulus est Menexenus vel Epitaphius. Verùm nonnihil illam immutavit Iamblichus.

v. 6. πρὸ ἁπάντων καὶ τῆς ἐκείνου leg. in Platone p. 369. v. 24. & v. 8. τῆς ἁπάντων πατρίδος, & v. 16. λοιπόν μοι πάντα, ibidem legitur.

v. 26. Illam sententiam M. Tull. Cicero lib. Offic. 1. fist. reddidit, Scientia quæ est remota à justitia, callidìtas potiùs, quam sapientia est appellanda.

p. 111. v. 14. ἐκεῖνα μὲν γὰρ πάντες ἴσασιν non ἡμᾶς ex Platone omninò leg. Præclarus & planè insignis locus, qui omnibus ad majorum virtutes superādas meritò potiùs debebit addere calcar: quàm ut torpidi & ignavi illas solum jactitēt. Verùm ut eleganter loco modò citato ex Platonis Lachete ait Cicero, sequi debemus Lacedæmoniorum morem, qui cupiditate vincendi inflammatus erat, maximè omnium in prælio princeps esse volebat, prout quisque animi magnitudine maximè excellebat. Nihil enim turpius est, ut modò dictum, viro se aliquid esse existimanti, quàm seipsum non per se, suarúmque virtutum respectu; sed propter majorum gloriam honorandum præbere.

v. 24. πάλαι γὰρ δή. Et hæc ex eodem loco Platonis, sed paulò inferiùs, nempè v. 51. desumpta sunt.

pag. 112. v. 10. in Platone est, ἡ τῶν ἡμετέρων, pro ἡ τῶν ἀγαθῶν.

v. 16. ἀεὶ δὲ μάλιστα δὴς ἀνὴρ &c. Illa sumsit Iamblichus ex lib. β. νόμων Platon. pag. 523. v. 40.

v. 19. In Platone legitur σμικρὸς καὶ ἀσθενὴς ἦν, & v. 20. ἦν δὲ Κύπρος πλουτῶ μάλα. Porrò Cinyras Cyprius, & Mydas Phryx erat, amborèges prædivites. Utrìusque meminit Eras. in χιλ. in Adagiis Cinyræ opes, &, Midæ divitiæ.

v. 25. φασὶν ἡμῶν ὁ ποιητὴς, legitur apud Platonem. Poëtæ porrò hujus nomen exprimit dialogo primo de Legib. Tyrtæum Athenienſem civem. Illius quædam etiammum hodie exstant εἰς πολεμικὴν ἀρετὴν in quo hæc sunt, quæ hîc citantur. Et ipsius carmen est, ἡ δίκαιον ἀρετὴν ἁπάσῃ ἐστὶν ἀνδρὶ &c. hemistichia sunt ὁ δὲ φόνον αἱματόεντα, & ἦλθον Θερμήσιον βορέαν.

pag. 113. v. 1. τὰς δὲ ὑπὲρ πολλῶν. Hæc etiam citantur cum sequentibus ab Theodoreto παθ. ἑλληνικ. λόγ. 5. p. 91. Cæterùm Iamblichus structuram orationis Platonicæ ad suum institutum accommodando paululum immutavit.

v. 8. ἐν δὲ τῷ ἀνδρὶ, verte potiùs. Adhæc verò etiam tyrannicè omnia, quæ voles, facere, & finem omnis beatitudinis esse, ut qui omnia, &c.

v. 17. Plato habet ἐκ βάθρων. & v. 22. δικαιοσύνης τε καὶ idem. & v. penult. μὲν ξυμφερόντως αὐτῷ.

pag. 114. v. 5. pro τοῦ χαίρειν τοῦ, alterutrum, priùs scilicet suspicor esse debere τὸ.

v. 13. post πᾶς δὲ βίος verbum aliquod meo judicio abest. Si divinationi locus foret, ποιήσας vel simile inſererem.

v. 21. pro ἀφρονισάσης, vel ἀφρονισάσθης vel potiùs ἀφρονισάσας leg. statuo.

v. 26. ἀλλὰ μὲν καὶ ψυχὴ ἀνδρὸς. De ea re præclarè disserìtur apud Plat. πολιτ. 5. ſtatim in principio.


pag. 115. v. 3. φιλοδοξοτάτου. Et eo vocabulo utitur Plato dialogo 1. de Rep. ſub finem. Pulcherrimum verò est quod hîc à Iamblicho dicitur.

v. 8. οἱ μὲν τὴν ἀρετὴν εἰδότες planè legendum censeo. nam alioqui falsa foret sententia. & prorsus menti Iamblichi contraria.

v. 16. Vide an non potiùs leg. sit σφοδρότατος adverbialiter.

pag 116 v.1. Fortè in ἐμπειρῷ non ὑποπεπτωκότι leg. ἐοικότι, licet in hoc converterim.

v.9. pro ἰγκαλῶ omninò suspicor παραιτοῦμαι, ut & converti, leg. hic erat hoc notatum.



v.20. Oratio parum vincta & copulata. Lego itaque κατεργάζεσθαι καὶ φύειν. Notanda autem hic series, quam posuit Philosophus noster, α. φύσις. β. ἐπιθυμία. γ. φιλοσοφία. δ. παιδεία. ε. χρόνος. Quibus omnibus in philosophia discenda opus est.

pag. 117. v. 10. Locus vitiosus est. suspicor autem ita legendum esse, οἷς ἂν ᾖ, ἀνάγκη δεῖ &c. ut v.13.

pag. 118. v.20. συντεφῦναί τε αὐτῇ legend. judico.

pag. 120. v. 10. τῶν δὲ τὰς τε πόλεις, καὶ τὰς μεθόδους τὸ &c. defectiva oratio est, & in fine συνίχου ἄναγ ποιεῖ, legend. statuo.

v.23. Et hic post μάλιστα, ἔτυχε addendum puto.

p. 121. v. 1. τὸ συνεῖφιστον hic legebatur, malèut opinor.

v.3. φοβοῦ αὐτὸς potiùs in præsenti legendū putarem.

v.14. ἅπας δὲ ἰὼς fortè rectiùs legetur.

v.27. λείπεται τὴν φιλοσοφίαν lego vel εἰ ἐπὶ φιλοσοφίαν, & mox v.29. locum mendosum asteriscō notavi, & converti ut potui. Postquam aūt Latina jam edita essent, cogitavi an non ἀγαθῷ ποιεῖ φιλοσοφητέον, legendum sit. judicet ejuditus lector.

v.ult. ἐν τῷ μὲν ὑπάρχειν αὐτὰ, plenè fortasse legendum fit: sed tamen ne sic quidem locus satis fuerit perfanatus. Sunt enim mihi omnia, quæ sequuntur, suspecta, quominus mirum videbitur, si nobis quoque in versipne non planè constemus.

pag. 122. v. ult. fuit tempus quo putavi pro ἐκγόνοις, ἄκροις potiùs esse legendum. Sed nunc mutata sententia vetterem lectionem, ut non omninò improbandam retineo.

pag. 123. v. 24. ἂν εἶεν ἂν γένεσιν potiùs scrib. puto.

pag. 124. v. 2. post ἀνδρὸς, ἀναθέτου verbum omissum fuisse existimo.

v.9. εὐεγίγνετον in ὑποτακτικῷ legendum censeo. Sic & v.10. συμβαίνῃ.

pag. 125. v. 1. τῷ Θ, nomen aliquod substantivum hic omissum videtur. Itaque vel θεῖον vel πλοῦτον addendū statuo, & mox αὖτε ἀγαθαί τε καὶ ἀγαθαὶ μὲν οὖν τ' εὐνομίας legendum itidem suspicor.

v. 5. pro ἀσφαλῶ ἀσφαλὴς lego. & pro ἀντιπαλεύτῳ, quod erat in manuscripto, vel ἀντιπαλεύτῳ vel ἀντιπαλεύσιον, quod in textu posui, leg. Hoc & doctissimus Tiara vidit.

v.23. ὅτῳ legendum potiùs suspicor, ut sit relativum ὕστερ. Recenset septem utilitates Iāblichus, quæ ex εὐνομίᾳ contingunt. Sic contrà septem gravissima incommoda, quæ ex δυσνομίᾳ.

pag. 126. v. 3. ἀλλ' ὅτι τι εὐτύχους lego, quod etsi minutulum sit, tamen notare volui.

v.10. Hic in manuscripto legebatur ἀνομοῦσι, quod ita mutandum esse, ut edidimus, vel pueris manifestum est.

v.14. vocabulo truncato asteriscum apposui. Cum Tiara & hic vel ἐπιτηδεύματα vel ἐπιτηδεύματα scrib. statuo.

v.19. non ἄσπιλος aut ἄμωμος: sed ἄμεμπτος omninò scribendū judico. porrò illud ἀκριβέστατος quod est v.21. nescio an satis sit genuinum.

v.25. λαθραναμιζόντων, elegans vocabulum, cujus simplice utitur sanctior ac certior hoc nostro philosophus, Rom. 2. v.5. quod OEcumenius interpretatur λανθάνω.

pag. 127. v.1. ἀναθέντων rectiùs scribi posse puto, & v.7. alterutrum συμβαίνει ejiciendum est.

v. 15. εὐδόκιμον mihi suspectum est, fortè pro eo, ut ego quidem puto, non malè legas σύμμετρον. τῶν πανηγύρεων ἀμφοῖν sine τι legen.

v.17. pro καὶ συμφέρει, Tiara piè interior. συμφέροντα legere malebat, ego συμφερόν præfero.

v.31. pro ἢ μὴ, ὃ μὴ legendum esse, nemirem puto fore, qui dubitaturus sit.

pag. 129. v. 15. & λαὶ leg. & v.19. in latino vulgarem & communem ad ejus fectæ vitæ, τρόπον scilicet, vel referimus. & mox mutatum vel liberum vitæ posuisset, genus enim vitæ mixtum intelligitur.

v.ult. pro ἰσόνομοι ἰσόνομοι legendum esse ab ἰσομοίρων hem. nemo non videt. Mendum ex vitiosa notarum enuntiatione, qua ι & οι, & ε eodem modo pronunciantur, idque valdè absurdè.

dē. Quanquam illud noſtrum etiam poſsit tolerari.

pag. 130. v. 1. ἢ ἐν ἀλλ' πλειόνων τίχαι legendū cenſeo.

v. 13. λελυθέντας ſ. omninò leg. ſuto.

v. 17. pro πρεσπεμψίας fortè ſcribendum πρεσεμψιάς. Sed edita lectio neutiquam improbanda.

v. 22. τῷ ἐμάτῳ omninò legen. ſuſpicor. ſic & Tiara, & quod ſequitur v. 24. ἐμηχανήθη, quod reddidi, excogitata eſt, ſymbolica ſcilicet, philoſophia, planè de ſymbolis accipiēdum eſt. Sic ſi minus placet ἀπόμαξιν abſterſionem reddere, ut planè non videtur hīc congruere, ſubſtituatur, expreſſionem, quaſi effigiei cujuſpiam. nam ἀπομάσσω idem eſſe aliquando, quod ἐπιμάσσω, unde ἐπιμαγεῖον venit, Suidas in λιπαρὰ ἥλιος locuples teſtis eſt, & poſt illum etiam ex variis authoribus diligentiſsimè obſervavit in ſuis Commentar. Græ. Linguæ doctiſsimus Budæus.

v. 32. pro ἀνάντα, ἀνάσια omninò legendum eſſe, ipſe ſenſus convincit.

pag. 131. v. 9. πρὸς ἄλλας cum Tiara, vel πρὸς ἀλλήλας leg.

v. 19. Vide in vita Pythagoræ pag. 104. v. 7. & ad illa noſtras notas.

v. 20. pro ἀκροωμένῳ, ἀκροωμενῷ planè legendum eſſe ſtatuo. De hiſce ἐξωτερικῆς καὶ ἀκροαματικῆς vide quæ habent Cicero in principio lib. 5. de finibus bono. & malo. itémque quæ doctiſsimè annotavit in ſuis Græ. linguæ commentariis Budæus.

v. 25. lego παρεισάκτους, pro ἀνεισάκτους, quos alienos & ſubreptitios verto. Suidas namque παρείσακτον ἀλλότριον interpretatur. unde hoīce παρεισάκτους potiùs, quàm ἀνεισάκτους dicendos colligi, poſtea tamen etiam pag. 138. v. 16. ἀνεισάκτοις utitur, & παρελθόντας non παραλιπόντας cum augmento ſcribendum eſſe etiam Grammatica nos docet.

v. 27. σύμβολα Clemens Alexandr. ſ. ερωμ. author eſt Alexandrum quendam in hæc Pythagoræ ſymbola commentaria ſcripſiſſe. Sic & Androcydem teſtatur Iamblichus lib. 1. pa. 134. v. 1. Quæ non dubito quin etiā viderit Iamblichus, ut ex illorum hæc ſua potuerit concinnaviſſe. Quemadmodum & Pythagoræ vitam ex Hermippo ἱστορικῷ hiſtorico, cujus Ioſephus contrà Appionem lib. 1. meminit. Pulchro autem ordine hæc conſtruxit, quæ veniunt ad numerum omninò XXXIX. penè totidem ex Diogene & Suida aliiſque authoribus collegit & interpretatus eſt Eraſ. in χιλ. Sed permultum differunt ab hiſce Eraſmica. Nam primorū quatuor cum ſymbolo, quod in ordine quidē eſt 25. in explicatione verò 4. nemo Veterum meminit. Et rurſus Era. quædam cōmemorat, quæ non ſunt apud noſtrum, verum nos & hujus & illius jucundè fruemur.

pag. 132. v. 9. Nec hoc ſymbolum cum eo quod ſequitur eſt apud alios. Item ſymb. IX. & XI. cum XII. &c. Nam quæ deinceps annotanda videbuntur, poſteà indicabimus.

v. 29. illud λαδὲν valdè me torſit & hīc & poſteá. Eraſ. habet λαδὲν Suidam ſecutus. Sed ex Diog. Laertio ἐλαδὲν legendum eſſe pronuntio. Eſt autem ἐλάδιον ὑπογραμμὴ ἐλαίου, ut ex Athenæo docet Euſtath. ſcribēs in ὀδυσ. ζ. ad verſum εὖ λαιῷθε ὑγρὸν ἔλαιον. Itaque ſcribendum ἐλαδὲν διὰ τοῦ μὴ ἀπόματτε & vertendū ſimpliciter oleo tedem, &c.

pag. 133. v. 3. pro παρέτριξε, poſtea in ἀναπλόξει eſt παράπτυξε, quod magis probo.

v. 4. vel χίζει legendum. vel χίζῃ Eraſmus habet χίζει.

v. 10. Totum hoc ſymbolum ita leg. ſtatuo, παρὰ λύχνῳ μὴ ἐπιτιθίζου, poſtea perperam itidem legitur ἐπὶ λύχνου.

v. 12. θαυμαστὸν poſtea legitur, atque ita hīc ſcribendum.

v. 23. pro συνέρους exiſtimo ſυνεφέντας vel συνεφέντας leg.

v. 26. ἀπωθαμένων vel ἀπωθεμένων legendum exiſtimo.

v. 28. pro ἰσοδίων poſteà legitur ἰσοδίου. Suidas & Laertius legunt ἰσοδίου. putarem tamen ἰσόδιον ſcribendum. Verùm de hiſce poſteà plura.

pag. 134. v. 23. Illud ἀμοιδὸς mendoſum eſt, & nihil ſignificans. putavi olim inter ſcribendum ἀμοιδὴς: at nunc mutata ſententia ἀμοιβὴς legendum eſſe judico. Cogita autem Chriſtiane, quiſquis es, & bene rumina hæc quatuor Pythagoræ ethnici hominis aurea planè ſymbola ſacris operaturus.

pag. 135. v. 12. πάσεργον. Idem dixit præclarè profectò Agatho, ut refert Athenæus ſtatim in principio lib. 5. etiam atque etiam cavendum eſſe, ne τὸ μὴ πάσεργον ἔργον ἡγώμεθα. τὸ δ' ἔργον, ὡς πάσεργον οὐκ ποιώμεθα. primum. n. nobis eſſe debet Dei cultus, τὸ δίκαιον τὸ βιωτικὸν

non contrà.

pag. 136. v. 17. ποτε particula vel redundat, vel aliquid desideratur, & leg. μήτε ὑπὸ τ' ἀδικ. πτφ.

pag. 137. v. 1. τιμωμένους ἢ, verbum aliquod conjunctio illa desiderari indicat, fortè ἢ λύπαις μεγίσταις τῶν θείων non malè legetur.

v. 10. ὡς ἐκεῖος suspicor legend.

v. 22. πρόσκειται δὲ, μὴ ἀεὶ leg. omninó.

v. 27. ἢ δὲ ἄψυκτα omnibus modis scribendum judico, ut conveniat cum ἀλαθῆ.

v. 30. ἢν ἀεὶ τ' θεῶν, & mox v. penult. ἐπιτήμιον otiosam esse puto.

pag. 138. v. 28. τὸ μετέχειν scrib.

v. 25. λεωφόρους δὲ hoc symbolum Clemens, Diog. Laert. & Suidas aliter efferunt. Eras. verò etiam agnoscit. Cæterùm observandum conferri ab Clem. Alexand. στρωμ. 5. & ab Eras. in χιλ. τῇ σὺν ἢ τριλιμμένη ὁδῷ nostri Salvatoris. Et luculenta planè & tantùm non Christiana est Iamblichi nostri interpretatio, etsi Christum ignorantis.

pag. 139. v. 8. ὑπερεχύσας omninò scribendum, & quod suprà v. 6. ἴσον erat, in ἴσῃ mutavimus.

v. 12. μεταλύειν μὴ ὑδίων legunt Diog. Laert. & Suid. & vertunt ferè sepiam. Eras. μεταλύειν μὴ γύιος, protulit.

v. 13. Illa verba τὰ μὲν ἄλλα ἀεὶ αὖθ' ὁ τῷ ἀεὶ συμβόλων ἐξεῦρε ὅσα εἰς πρωτοκλῶ ἀρμόζει, non videntur suo loco posita. putarem autem ponenda in fine symboli, post παράκλησιν.

pag. 140. v. 22. πλήρη accusandi casu leg. puto, ut referatur ad λόγον. & mox v. 25. pro ἀπ. δὲ ἀρδῶ leg. quod posteritas etiam viderat Tiara.

v. 26. Illud dictum Heraclitii non invenio in ipsius, quæ exstant, epistolis.

pag. 141. v. 8. τὸν ὀξέα puto mendosum esse utcumque retinuerim in versione. & videndum an non sit legend. cum Laertio & Suida, ὀξέων μάχαιραν ἀποτρίψαι.

v. 11. ἢ μὰ θυμῷ lego cum Tiara ἀγνυμῷ inserto. prudentia enim symbolum utendum esse præcipit, non ira.

v. 16. οὐδὲν οἷς τὸ πρόσθεν γεγενόμενον, mihi planè suspectum est, nec alium sensum eruere potui, quàm reddidi, qui tantisper tolerandus erit, donec melior proferatur.

v. 19. Etsi illa oratio quoque sit involutior, ut ægrè sensum commodum ex verbis invenire potuerim: tamen hoc manifestè apparet, posterius τὸν ψυχὴν παρέλκειν, quod ipsum & Petreus Tiara observaverat.

v. 26. Diog. Laertius hoc symbolum longè aliter exstulit, φορτίον συγκαθαιρεῖν ἢ μὴ συνεπιτιθέναι, & hunc secutus est Erasmus. Suidas utrique verbo negativam apponit. qui rectiùs efferant, aliis excutiendum reliquo.

pag. 142. v. 1. τοιόνδε ἔχον lego.

v. 16. Illud symbolum non reperio apud quemquam veterum. Erasmus inter adagia habet, δίξιον εἰς ὑποδήματα, ἀριστερὸν εἰς ποδιστικόν, quod fatetur, ut erat valdè ingenuus, se habere ex Suida, qui rursum illud Aristophani transcribit. Verùm ego non dubito, quin Aristophanes hoc à Pythagora vel acceperit, vel ex illius mysteriis saltem promanarit.

v. 17. Nec hoc symbolum adhuc apud quemquam alium repperi. ἀεὶ Πυθαγορεῖον, maluissem redditum fuisse de Pythagoricis dogmatibus, uti mox.

pag. 143. v. 8. Ζυγὸν verti jugum, maluissem cum omnibus superioribus ut & in Pythagora converti statteram, quanquam Latini etiam jugum nonnunquam pro libra seu statera usurpent, tamen propter ambiguitatem vocabuli, stateram præferrem. Hujus symboli interpretatio etiam est apud Clementem, & Diogenem Laert. Eras. hic pauciloquium amat.

v. 24. εἰς ταυτὸ ᾗ φέρει plenè legendum puto. Symbolum variè ab Diog. & Suida effertur, quod & indicavit Eras. sed eódem recidunt omnia. Iamblich. in hoc maximè differt, quòd causam addat de furiis, & luculentissimam afferat interpretationem.

v. 30. ἐν φιλοσοφίᾳ δεῖ, ἰσιβαλ. planè legendum suspicor.

pag. 144. v. 12. pro ἀμαθίας ἀληθείας legend. esse, certò certius, elle non enim philosophia docet ἀμαθίαν, quam à natura habemus: sed τὸν τ' ὄντων ἀληθείαν.

v. 26. Diog. Suidas & Eras. pro ἄγειν legunt ἡμιχέειν secuti Hesiodum, quod tamen idem est. Verùm συμβολικώτερον sunt, quæ in ἄγειν lego habet Iamblichus, & longè Erasmicæ interpretationi, licet peretuditæ, meo judicio, præferenda.

pag. 145. Hoc symbolum quemadmodum legendum putem, suprà in catalogo symbolorum satis superque à me indicatum esse puto, solùm pro ἀνόμασεν Laert. & Suidas atque ex

illis

illis Eraſ. habent ὁμόζυγος, quod autem retinuerim διδὺς & verterim faculam ſtudio à me factum, quòd non temerè putem in authoribus pro noſtro arbitratu omnia & mutanda, & noſtra inſulcienda.

v. 26. ἴδια καὶ τὰ τ copulatè. Cæterùm illud ξυναδίας nondum didici, quid ſibi velit. Legitur quidem poſteà aliquoties ζυναδίας, quod & hic expreſſi: ſed necdum ita me ſatis quoq; exiſtimo promoviſſe. Neſcio enim quomodo cum oleo quadrent vel ξυναδία, vel ζυναδία, niſi ad animalitatem, non cantum avium referas.

pag. 146. v. 2. ἀλειξένια, Nec hoc ſymbolum apud alios repperi. Eraſ. ſolum refert inter ſymbola, ἀλειξενίῳ μὴ ἅπτεσθαι λευκῷ, unde autem habeat non addit. Suſpicor idem eſſe cum hoc, quod tamen illo plenius rectiúſque efferatur.

v. 20. ὕπνος ἀδύνατος legebatur, quod neceſſariò & rectè me puto mutaſſe in ὕπνος, niſi quis malit cum Tiara ὁ πᾶς legere.

v. 28. Diog. Laertius & Suidas ὀπὶ χοίνικι μὴ κοιμᾶσθαι dicunt. Eraſmus χοίνικι μὴ ἐπικαθίζειν. Omnium interpretationes cum hac noſtra diſcrepant.

pag. 147. v. 9. perperam hîc in manuſc. ſcriptũ erat αὐδὴς & v. 14. ὦδι καὶ κιτραδοκὸς legimus cum copula καὶ, quæ itidem aberat in manuſcripto.

v. 23. pro ἀφῆναι, ἀφεῖναι, vel ut mox v. 28. ἀφίναι cum Petr. Tiara leg. exiſtimo.

v. 26. pro οἱ κεφάλαια olim putavi οἱ κεφαλῖνοι ſcribendum. Sed οἱ κεφάλαια germanum eſſe puto, de quibus Ariſtoteles de hiſt. Animali. lib. 4. cap. 2.

pag. 148. v. 1. δακτύλους ἁπλῶν, ſimplices digitos converti, quòd aliud non occurreret vocabulum. Alioquí non ignoro Galeno & mediciis τρίχας ἁπλᾶς dici rectas ſeu leves, quæ aliàs εὐθεῖαι iiſdem vocantur, quæ contrariæ ſunt criſpis: ſed an ſimplices cõtrarium ſit incurvis dubito, fortè rectos & leves melius conveniſſet, quàm ſimplices.

v. 15. ὁ τὸ potiùs legendum cenſeo. & v. 30. καὶ τὰ αὐτὰ legebatur, quod in καὶ τὰ αὐτὰ, ut editum eſt, viſum fuit mutandum.

v. ult. φιλοσόφοι leg. judico.

pag. 149. v. 1. ὁ τὸ ποιῶν. Ecliptica eſt oratio, puto vel addendum τὸ ποιῶν, vel ſubintelligendum.

v. 12. ἡ τ ἀναμάτων ſcribendum autumo ut & converto, Intereà non diffiteor mihi hîc in vertendo non parum negotii exhibitum, propter hyperbata & orationem valdè implexam. unde ignoſcent lectores, quod diſplicebit.

v. 27. περιστιεῦσ ὁ αὐτὰ τῇ &c. legend. ſuſpicor.

pag. 150. v. 2. D. Laert. & Suidas illud ſic efferunt ὁμοροφίους χαλιδόνας μὴ ἔχειν. Clemens Alex. στρωμ. 1. χαλιδόνα οὐ οἰκίαν μὴ ἔχειν. propiùs accedens ad hunc noſtrum. Verùm interpretatio Iamblichi magis ſymbolica & magis Pythagorica eſt.

v. 20. Eraſmus addit τινὸν δακτύλιον nec unde habeat, dicit, quod noſtrum hic non agnoſcere videmus. Intereà verò utinam interpretamentum hoc divini Philoſophi hodie gurgites & voragines patrimoniorum ſuorum, & helluones abdomini nati, ὧν ὁ θεὸς ὁ κρείττων, ut ſanctus ille σωτὴρ inquit poſtquam ſacratiora audire recuſant, ſemper ob oculos haberent.

v. 22. pro ἕλαμεν ἔλλαμεν legebatur. Tiara putat ἔνλαμεν leg.

pag. 151. v. 11. & 12. ἀμαρτήματα & ἀχολήματα carnis dũ audio, penè cœleſtes aliquot voces mihi audire videor.

v. 19. Hoc ſymbolum Diog. & Suidas efferũt & ex illis Eraſ. οὐ δακτυλίῳ ἀκόνα θεῷ μὴ σφίγειν. Sed eodem redit res.

v. 32. οἱ ὁ οὐ δακτυλίους leg. ſuſpicor.

pag. 152. v. 12. Hoc ſymbolum apud nullos alios reperiri, & παρὰ λύχνῳ mihi videri leg. eſſe, ſuprà ad pag. 133. v. 10. indicavi.

pag. 153. v. 4. Hoc ſymbolum ſuprà in ſymbolorum catalogo eſt ordine XXV. At ab Iãblicho ſymbolo IV. eſt explicatum. Nolui tamẽ hic quoq; prætermittere, quod in noſtro exẽpla. & legeretur, & exegeſin haberet, licet ſuccinctã, tamen aliam, quàm quæ ſuperius tradita eſt.

v. 13. πρὸ ὁ ἀρχίτα perperam in manuſcrip. legebatur. itaq; mutavi in τὸ ὁ. ſic enim de more novum ſymbolum auſpicaturum loqui ſolitum videmus. Nec hoc eſt apud quenquam alium. Interpretamentum planè dignum philoſopho ſummo.

v. 27. ἴδιον παρὰ τὰ ἄλλα legendum cenſeo, ut referatur ad maſculinum γλαῦκας, quod præceſſit. Sic & Tiara. & v. 29. ζῶον αὐτὸ ſupple ἄψυχον.

pag. 154. v. 9. Nec hujus ſymboli meminerunt

runt ulli alii ex antiquis. Videtur tamen germanum Pythagoræ esse, ut & explicatio gravissimo philosopho est dignissima.

v.19. προσωπάμωνι P. Tiara legendum putabat.

pag.155.v. 8. ὁ πολλῷ χρόνῳ lego pro ὁ πολλῷ.

v.15. Symbolum illud extulerunt Laertius, Suidas & Erasmus τὰ τράμαλα ἀεὶ συνιδεῖν ἔχειν. vel hoc modo, ἀναγκαῖον ἐξ ὑπαρχῆς συνιορᾶν τὰ τράματα, de quo & Clem. Alexan. loco jam aliquoties indicato.

pag.156.v.17. Symbolum de cerebro non vescendo apud alios quoque non reperitur. pulcherrima verò illius hîc quoque ἀναπλοκὴ cernitur.

pag.157.v.3. καὶ τὸ τῆ ἰσθῆ Tiara. legeb. autem τὸ τῇ perperam pro τῇ vel τῷ.

v.8. καὶ ἄπιον ὃ μὴ συνίσχει, μηδὲ ἀφανίζειν τὰ δ' αὐτῷ ἴσχυν δυνάμενα leg. suspicor. interea manet mihi suspectum τὸ, ἀφανίζειν. quid si verò pro illo ζαφλογίζειν legas?

v. 12. Quomodò illud symbolum putarim legendum esse suprà ad p.133. v.26. indicatum est. Cæterùm prætereundum non est, Erasmum ex D. Laert. & Suida legere & interpretari ἀνοφωπῶς & negativè, ἀνσυγχύτους καὶ καθαρὰς μὴ ἐπιφερῆ μηδὲ ἰφίστας, quod noster hic καταφατικῶς & affirmativè, qui rectiùs judicent docti.

v.14. pro negativo ἀσυκοφάντητα, affirmâter lego σὺν καταφάντητα, quod & Tiara vidit.

v.19. ἐπιβάλλῃ vel ἐμβάλλῃς leg. suspicor.

v.30. De hoc Symbolo diximus suprà. an verò ἐρυθῖνος vel ἐρυθρῖνος piscis sit, qui Plinio lib.32. cap.10. vocatur rubellio, an verò ab illo diversus, quod statim idem eodem loco Erythinon subjiciat, cujus non semel etiam aliâs meminit, aliis excutiendum relinquo. Satis autem constat ex interpretatione Iamblichi ab rubore nomen habere.

pag.158.v.10. Hoc symbolum Diog.Laert. & Suidas in Pythagoræ symbolis & ex illis Eras. sic efferunt, χύτρας ἰχθῦς συγχεῖν εἰς τὴν πύρραν. At Clem. Alex. στρωμ. 5. pag. Florentinæ edit. 232. ad hunc modum, ἀπὸ χύτρας ἀμβολὰς λαβεῖν πυρός. τὸ εἰς τὴν στοὰν τύπον μὴ ἀναλιπεῖν, ἀλλὰ συγχεῖν. qui propius ad verba Iamblichi accessit.

v.22. Et hoc symbolum cum eo, quod sequitur, apud hunc solum reperitur. Estque verè Pythagoricum, ut apparet. Interpretationes planè symbolicæ & allegoricæ, summóque philosopho dignæ sunt. Antè autem in testimoniis adduximus posterius hoc symbolum alibi ab Eustathio summo Homeri interprete quoque innui.

pag. 159. v.13. πρότομα, quod hic prius legebatur, in πρόσωμα necessariò cum Tiara mutandum putavimus.

v.18. Hoc symbolum habent & meminerunt plurimi authores. Noster quanto in explicatione brevior & succinctior est: tantò prolixior doctiórque est Erasmus in colligendis iis, quæ de eo sunt apud varios authores scripta & annotata.

v.24. μολόχῃ. Athenæus lib.2. indifferenter dicit μολόχῃ & μαλάχῃ dici. Nec hoc symbolum invenitur apud quemquam alium.

v.26. συντρέποντα. Innuit μολόχῃ esse instar heliotropii, quod & voluit Columella, in Carmine suo de cultu hortorum lib.10. dum inquit, *& Malache prono sequitur quæ vertice solem.*

v. 30. Quid si pro Ἀστάσῳ, Ἀστάσου legas?

pag.160.v.17. Symbolum illud, ἐμψύχων ἀπέχου, etsi non meminerint alii scriptores: tamen merè esse Pythagoricum hinc constare potest, quod Porphyrius & ipse Pythagoricus libros quatuor περὶ ἐμψύχων ἀποχῆς & scripserit & reliquerit. Alia habet Diog. Suid. & Eras. quæ non sunt apud hunc nostrum, ut contrà multa vidimus apud hunc, quorum ne γρὺ quidem est apud alios. Puto autem Iamblichum sua, ut verè Pythagorica, discrevisse ab nothis, & iis, quæ Pythagoræ tribuebantur. Interea Clem. Alex. lib.2. στρωμ. scriptor omni exceptione major, symbolum Pythagoricum esse ait τὸ ἐπὶ γῆς μὴ πλεῖν. Et Suidas in Anaximandro meminit Symboli, ἀπὸ ὁλκάδος ἄρτι μὴ ἐξιέναι, quæ non inveniuntur in hoc Iamblichi catalogo. ut & quædam sunt apud Diog. Sed hæc nobis sufficere debebunt. Atque hæc, benevole lector, quæ in hosce duos libros inter convertendum observavimus, tecum candidè communicare voluimus. Nec plura potuimus per occupationes & curas mœroréque, inquibus quotidie fer è versamur, & turpes tantùm non mortes, quibus afficimur: tum quod unius duntaxat exemplaris, ut aliquoties testatus sum, ope ac subsidio usi simus: nec voluimus quoque, ne notationum nimia congeries lectori nauseam pararet. Quod si autem hæc ipsa cum versione nostra, quod veremur, displicebunt: saltem Græca, quæ ut

primi

primi, ita bona fide damus, placeant. Nostra verò tantisper tolerentur, donec ea alii cum authore sexagenario de ponte dejiciant. Nam hanc sortem multos video subiisse, qui superioribus aliquot seculis varios in omni literatura Græcanica authores ad posteros transmiserunt. Cui me eximere nullo modo volo. Iam si hæc grata fore cognovero, equidem reliquos ejusdem authoris libros, quos apud me penè confectos habeo *εἰς μαθηματικὴν ἐπιστήμην, καὶ ἀριθμητικὴν εἰσαγωγὴν Νικομάχου*, si vita suppetet & otium in literis concesserit Deus *ἀμέμπτων*, publici juris facere non detrectabo. Tuum verò erit, candidissime lector, ea in bonam accipere partem, & si cubi à nobis, ut pluribus aliis intentis & hominibus erratum est, illa comiter emendare. Ac nobis hic castigationum nostrarum finis esto.

Castigationum & notarum IOA. ARC. THEODOR.
in λόγους προτρεπτικοὺς
IAMBLICHI CHALCIDENSIS
FINIS.

IOAN. ARCER. THEO.

Breves aliquot in superiores hasce epistolas
NOTATIUNCULÆ.

IAMBLICHUS suprà in vita Pythagoræ, Theanus & Myiæ, Pythagoricarum fœminarum honorificè meminit, ideò hasce illarum epistolas subjicere volui, ut in speculo quasi cerni possit, quantoperè illud, quo Pythagoras floruit, seculum sapientiam, atque illam Philosophiæ partem, quæ est de moribus, excoluerit, ut nobilissimæ fœminæ etiam palàm illam profiteri non dubitaverint. Cæterùm Theanus meminit magnus ille Clemens Alexandrinus lib. 1. *στρωμάτ.* hisce verbis, *Θεανὼ*, inquit, *τὴν Κροτωνιάτιν περί τῶν γυναικῶν φιλοσοφίαν καὶ ποιήματα γράψαι*. Sic & Plutarchus illam semel atque iterum allegat in libello, cui titulus est, *γαμικὰ παραγγέλματα*. Suidas tres hoc nomine fuisse scribit. primam Pythonactis filiam, Pythagoræ magni uxorem, quæ procrearit Telaugen, Mnesarchum, Myiam & Arignoten, eamque dictam fuisse Creticam Philosopham. Hanc & Iamblichus agnoscit lib. 1, p. 125. v. 12. Alteram Locram lyricam poetriam. Tertiam Metapontinam uxorem Caryfti vel Crotonis, vel Brotini Pythagorei. Quæ ipsa scripserit de Pythagora, de virtute Hippodami Thurii, admonitiones mulierbres, & Pythagorica Apophthegmata. Iamblichus lib. 1. de vita Pythagoræ cap. 27. pag. 125. disertè Theanus cujusdam meminit, quæ fuerit sapiens & virtute præstabilis fœmina, uxor Brontini Metapontini. Atque hujus hasce suspicor esse Epistolas (si quidem sint *γνήσιαι*, & non ab aliquo Christiano illarum studiosiore effictæ) utpote quæ *παραινέσεις γυναικείας*, de quibus dixit Suidas, contineant. Porrò has Theanus, Myiæ, & Melissæ Epistolas primus olim Venetiis edidit Aldus Manutius, & posteà H. Steph. cum Diogene Laertio, fidelissimi typographi, & iidem viri longè doctissimi. Eas, quales quales sunt, nunc etiam conversas, quod non sciam ab quoquam hactenus fuisse tentatas, dare volui. quod te, humanissime lector, in bonam partem accipere par est.

Omnes verò hæ Epistolæ prorsus *γνήσιαι* sunt. Prima autem Theanus succinctè & graviter utilissimum tractat argumentum, de liberorum, maximè primæ ætatis educatione. De

qua posteà Plato & Aristoteles copiosè scripserunt. Post omnes verò longè eruditissimum & elegantissimum tractatum reliquit Plutarchus Cheroneus.

pag. 164. v. 27. πτωματίζει, pulchrum verbum ab πτῶμα cadavere, quod ab πίπτω. Vtitur eo etiam Ecclesiasticus & planè divinus scriptor D. Cyrillus aliquoties. Ejus dictum quod piam citatur ab aliis, in quo hoc verbum usurpat Quod quia elegans est & planè aureum, non pigrabor hic quoque adducere. οἱ ἐπιχαίροντες inquit, ἐπὶ πτώμασιν ἑτέρων, ἑαυτοὺς πτωματίζουσι, hoc est, qui casibus aliorum gaudent, non sunt immunes à ruina, sed cadunt ipsi.

v. 32. βατταλίζειν, de isthoc verbo vide in Proverb. apud Erasm. in χιλ. Batalus est.

pag. 165. v. 1. σπαταλῶντα converti in deliciis volutantur. Utitur eo verbo etiam sanctissimus Apostolus 1. Tim. 5. 6. D. O Ecumenius interpretatur τρυφῶντα, ἢ ἐν τρυφῇ μόνῃ περισχόντα.

v. 12. περιπεσοῦσαι ab ὑποσύρω themate id est præstringo venit. Vnde συφότης, quo usus est magnus ille Synesius in Orat. prima de regno ad Arcadium. Libenter autem Pythagorici tinctorum utebantur vocabulis, uti videre est in Epistola Lysidis, quæ legitur etiam in vita Pythagoræ p. 81. v. 2. ἵνα ψάσῃ τὰ βάψιμα. &c.

IN II. EPISTOL.

SECUNDA Epistola est παραμυθητική. Consolatur enim Nicostratam quandam zelotypia, morbo fœminis tantùm non familiari laborantem. Habet autem multas egregias sententias & præclara dicta vereque παραμυθίας, non modò γυναικείας, verùm etiam, quæ viris in communi vitæ usu convenire queant.

pag. 166. v. 15. ὅτως οἱ ἀληθῶς. Fortè Terentius huc respexit, dum inquit in Andria hunc senarium, Amantium iræ amoris integratio est. Sic enim ibi legendum esse repugnante ipso etiam Donato contendit doctissimus Muretus.

IN EPIST. III.

TERTIA Epistola est περὶ τῆς διεφθαρμένης περιστάσεως ὑποθετική, & ipsa multis salubertimis γνώμαις & præceptionibus referta. Nec ea solùm qualia esse debeant famulitia describitur: verùm etiam quales in illa & heros & heras esse conveniat καθ' ἱστορίαν sanctè proponitur. Christiani hîc aures arrigant, & audiant, quid hic fœmina Ethnica ab nostrûm unoquoque, qui illis utimur, requirat. Nam & hodie hoc hominum genus penè mancipiorum instar habetur.

pag. 171. v. 23. ὑπομνημαλογραφήσαμεν. Pulchrũ verbum, quod tamen hactenus equidem apud nullum aliũ repperi, an verò benè expresserim, aliis judicandum relinquo. Simile est ἀροτριᾶν vel ἀρολογίζειν apud sanctissimum vatem, in cantico graduum ψαλ. ρκθ. quod 72. interpretes reddiderunt. Et Apollinarius etiam in carmine retinuit, ἐπίτριπτον. Quod in Hebræo tamen est, araverunt aratores, & sulcos profundissimos duxerunt, estque meo judicio magis appositum. Nam quod ibi est aratro liras & sulcos ducere, hoc hic flagris & scuticis lineas ducere, & quasi commentarios servorum corporibus ita inscribere, ut turpes & cruentatæ vibices relinquantur.

pag. 172. v. 7. μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον, videatur esse alicujus poetæ hemistichium, & expressit eleganter Horatius lib. 1. Sat. 1.

Est modus in rebus sunt certi denique fines:
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Clem. Alexandrinus Cleobulo dicit tribui lib. 1. στρωμ. μέτρον ἄριστον.

IN MYIAE EPISTOLAM.

MYIÆ Suidæ quoque tres fuerunt. Prima fuit Thespiace Lyrica. Altera Spartiatis, utraque poetria. Tertia Samia, magni Pythagoræ ex Theano conjuge filia. Hanc & Clemens Alexandrinus lib. 4. στρωμάτων agnoscit. Quæ verò ex illis hujusce epistolii author fuerit, si quidem & hæc ex veterrima illa officina prodiit, (jure namque dubitari possit, cùm nullus veterum, quod sciam, ullam harum omnium mentionem fecerit) hactenus, mihi saltem, incertum est. Solum ex nostro Iamblicho omni exceptione majore scriptore, Milonis Crotoniatæ uxorem fuisse assero. Epistola perelegans est, & scripta Doricè, docens quales, & quibus moribus præditas esse conveniat nutrices, quæ necessitate urgente eligendæ erunt.

pag. 173. v. 15. ὑγιεστέρας καὶ ἀπὸ τοιάδε σίτας. σίτησις

ἀτροφίης cibatio est propriè, si ita loqui fuissem ausus, ab verbo cibo, quo usus est Columella. Aliturae vocabulum verbo τρέφω καὶ τροφὴ ad unguem respondet, quo ex Gelli. lib. 12. cap. 1. & hic & in Pythagora uti malui.

IN MELISSAE EPIST.

DE Melissa nihil dum hactenus repperi, nisi quod Diogenes Laertius in vita Terpādri Melissae meminit, quae fuit illius viri conjux. Sed EUstathius accuratissimus Homeri interpres & commentator scribens alibi in Ἰλιάδ. μ. cujusdam Melissae sapientis fœminae mentionē facit, quam quidam laudans, inquit, ὡς μεγίστου ἀξίου τὸ τότε γυναικῶν ἀνδρεχώρ καὶ διασήμου φωνῆ ὁμιλίᾳ τε κεχορηγημένης. Porrò Epistola haec Doricè itidem scripta, & sapiente fœmina dignissima reputanda est. Agit autem de honesto & vero fœminarum ornatu, haud aliter de eo loquens, ac D. Petrus τοῖς δὲ ἀληθοπρεπῶς παρεσταλμένοις scribit, epist. prior. cap. 3. v. 3. ὧν ἔστω οὐχ ὁ ἔξωθεν ἐμπλοκῆς τρίχων καὶ περιθέσεως χρυσίων, ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος. &c.

pag. 175. v. 3. ἐρύθεμα Hesychio authore est ὁ ῥίζα ἢ λευκομβρὴ ἐρυθρόδανον. Quod aliàs etiam anchusa dicitur, qua fœminae praesertim cadaverosae & deformes faciem pingunt, ut coloratiores videantur. EUstathius in Ἰλιάδ. η. scribens ab ἐρεύθω, rubefacio deducit. Suidas interpretatur τὸ χρῶμα, καὶ ἀνδρὸς περιστικτὸν ἱματίον, οἷον οὐδὲ ἐκ λευκῶν νοτερός τε καὶ ἀβρὸς καὶ εὐθαλὴς τιθεῖ ὑπὸ δρόσῳ ἑαρινῇ οἷόν ἐρεύθεμά τε ἀρχαῖον καὶ μεσολαμπὲς ὑπάρχον. Sic Thucydides lib. 2. ἐρύθεμα τῆς νεοτητος, & Synes. παρεῖας ἐρύθεμα dixere.

IN PYTHAG. EPIST.

ET haec epistola olim ab Aldo cum Bruti Romani epistolis, & posteà Lutetiae atque alibi edita fuit. Eam verò Pythagorae germanam omninò esse suspicor, etsi illius Laertius in vita Pythagorae non meminerit.

pag. 175. v. 31. λειποδήμις Pythagorae egenus & pauper est, cui tamen nihil ad vitam ducendam desit, juxta illud Flacci, pauper enim non est, cui rerum suppetit usus.

LECTORI S.

CUM Bonav. Vulcanius, amicus noster, idemque homo longè doctissimus atque humanissimus intellexisset, me Iamblichi Philosophi editionem adornare, idq; praefixa authoris vita ab EUnapio descripta, misit ad me, ut sunt candida & aperta Musarum janua, suas aliquot in illam castigatiunculas. Verùm cùm ha tardius, editis scilicet omnibus, venirent, non ideò abjiciendas putavi: sed hic in calce post nostras in ejusdem προτρεπτικὰς castigationes curavi adjiciendas. Maximè quod in utrumque librum summὸς ἐρώτων quidam mihi hactenus ἀνώνυμος, (celatur enim ejus nomen) homo benè, uti apparet, doctus, post priorem librum jam omninò quidem absolutum, at in alterum inter excudendum, Commelino, cujus haec sumptibus edebantur, potissimùm authore frustillatim submississet, quae ipsa etiam lucem videre volui, ne quem sua laude fraudarem.

In IAMBLICHI vitam
ab EUnapio Sardiano scriptam.

Pag. Commelinianae editionis 21. v. 10. pro αὐτῇ, αὐτῆ.
v. 22. πίθυτι pro πίθυτη.
pag. 22. v. 22. τὸ σῶμα ἢ σοι.
pag. 25. v. 2. εἰς ἓ τὰ ταῦτα γεγραφότων,
v. 4. ἀνὰ τὰς πόντους, hoc est, ἐν τοῖς πρώτοις.
pag. 26. v. 2. εἰσχολεῖν αὐτῷ.
pag. 29. v. 25. pro ἐδώκει, ἐᾶν ἐπιδώκειν.
v. 26. διαπαιγῆν.

In IAMBLICHI Pythagoram diverſa lectionum conjectanea.

Pag.30.v.29.πολλὰ δὲ ξη leg.
pag.33.v.23.pro μυημάτων, μυημάτων leg.
pag.34.v.13. (ἱερώτερον ἢ τὰ ἄλλων ὄρων ἐπίσταλο αὐτὸ, καὶ τοῖς πολλοῖς ἄδηλον) &c. leg.
v.29.pro ὅπη μὲ, (ὅπ σοι ἐι μὲ λαθὸν βραχύ.)
v.33.εὐθὺν ὥςπ συμβάσ[illegible].
pag.38.v.24.pro ὁλοθέκτο anne ἰδιδέκτο?
pag.39.v.9. φιλοπαθάτως.
v.ult. ἴχ' ἄμβακι puto.
pag.42.v.9. λειλυγιῶν leg.
v.10. πεοθάμιον leg.
v.27.Locus mendo carere,nec quicquam deeſſe videtur. Intelligo χάρεν ἐυφόρους ἰχνῶν, fertilem virorum literis deditorum, ab οἶνω.
pag.43.v.7. ſervanda vox ἀκουσματικὸς. Nã paſſim illa apud Iamblichum reperitur, & opponitur τοῖς μαθηματικοῖς.Locum verò integrũ puto hoc ſenſu: Multi verò eorum, qui ipſum audivere (ἀκουσματικὸς hos vocant) una ejus oratione, quam vix ingreſſus Italiam primam coram toto populo habuit, permoti,plures, inquam, quàm bis mille homines doctrinæ ejus ſeſe dedidere.
pag.55.v.11. ὑπολαμβάνειν αὐτὸς ἰφη δῶν leg.
pag.60. v.8.pro ἰὼν ἀγαγύτλη ἰὰν ἀγάγη τὸν ὡς l'τελέων leg.
pag.62. v.ult. πρὸς ἄιδου διδομένων νόμοις, τὸν ἢ τὸν &c. Ita ex 10.hiſtor. Timæi ſupplẽdus locus,cujus fragm.apud Laertium.
pag.66.v.2.οὐλίλλο. pro ἐλίκιττο leg.
pag.67. v.15. πεοξομιλῶσ[illegible]. αὐτὸ τῶν γυμνάσμοις leg.
v.20.καὶ αὐτὰ τοῖς ὡς ἀληθῶς.
pag.68.v.25. pro ἑαυτ', ἑαυτῦ, vel αὐτ', nimirum τ' ἰσχυν leg.
v.36. ὡσὶ τ' ὁ Μυκήνας σὺν Τρωικοῖς λαφύροις &c. & mox, τότε ἄσπιδ[illegible]. παρίμεν ὡς πάνυ, &c.
pag.69.v.32.vocem ἀφυγασμοὶ retinendam puto, nam ei reſpondet ψυχικῶν γυμνάσεων, & quod ſequenti p. v.19.dicitur σωτελέων φαρμάκων.
pag.70.v.24.vox σύνχυμάτων retinenda eſt, utirur ſimili p. 110. v.30. ἀδιαχυμάτων, διαθησί π.
pag.71.v.9.σύντιλις & σύμπλ.
v.17, συναδίως.
pag.72.v. 10.ὡς ἄγυιος legend.
pag.73.v.30.ὁ Μυσικῆς.
pag.74.v. 33.an συνεκίσασιν? hac enim voce alibi aliquoties utitur.
pag.75.v.2.φιλίαν legen.idem requiunt præcedentia p.præ.
v.5. ὅτι τε δὲν &c.v.10. ἀξιοπιστοτέρως.
v.12.ἀξ' νομίμων ὀχῆς, leg.per leges ex æquo & bono, ſanóque judicio latas.
v.17.ἅπ συλλήβδην πάντων πρὸς ἃ κ' φυσικὴν πὶς ἐπιπλοκὴ ἐ κοινότης leg.
v.27. ἐξ[illegible]. κ' τῦ αὐτῦ leg.
pag.76.v.5. αἰχρᾶς ἐπιθυμίας leg.
pag.78.v 1. ὅπως ἐμαῦσὶ non ἐλελᾶντο.
pag.85.v.7. ἀναπόδειλα, leg. evincit id quod ſequitur, κ' ἄνευ λόγων. Vide p.88.89. & 90.
pag.86.v.20.pro ἴδιον χρῆσ, lc. ἡδονῆ χρῆσ.
pag.87. v. 23. Ita diſpungendum, ἐιρὸν γὲ συμβολὴ. ἀγαθὸν οἱ νόσοι, &c.
pag.92.v.23.an ἐπιτήδειον ἀπηγόρευσε?
v.33. τ' ἀγηρῶντα χρυσὸν vide p.94. v.23.& p.131. v.18.
pag.93 v.3.ἐικάζας pro ἐικίζας legen.
v.25. pro κοθαρμένων,an κοθαρμοὶ?
v.33. πύκνη ἱσορέπτει, ἤγουν τιχικῶς.
pag.94.v.5. ἀλλ' ὡς ἂν ἄντως leg.
v.13.ἐικάζας leg.
v.25. ὕσως ὑπ' αὐτ' ἀγχόροι ἄγες βιβαιοῦν τὸ δόγ.
pag.96.v.12. αὐτὸ ἐμβλέπτον ἰφαίνοντο leg. apparet ex illo quod ſequitur v.14. ἐικότως.
pag.100.v.11. pro κοθαρὰ, κοθαρᾷ leg.
pag.101.v.14. ἔτο δὲ γίνεται.
pag.102.v.7.ἀνεπαιόρθωτον.
pag.105.v.16. ὑδεκίμαζὶ πεμὶ χρῆσ.
pag.106. v.27. ἀκρᾶς διαμονῆς ἐχούσ.
pag.107.v.20. pro μάχας, μαλάχας leg. De hac enim Columella ſcribit, *Et malache prono ſequitur qua vertice ſolem.*
pag.109. v ult. ἐμπλέκτως ὀπτέον.
pag.112. v.10. locus eſt integer, uti & v.24. & 32.
v.16. συναδίως legen.
pag.113. v.1.ἀξιογνίᾳ legen.
pag. 115. v.4. λαθίζιν. Ita dixit p.113. v.10. πεοσθίζας:
v.8.an τὸν ἢ παῦζν,i.remiſſionem ἰσοτάσιος.

Pag. 118. v. 22. ἐν τῷ ἑνὶ θυμίων leg.

Pag. 119. v. 9. ὅτι μισεμάζοντες ex præcedentibus repetitum delendum est.

v. 17. κῆ μνημείου τῶν φῶτων leg.

v. 29. ἐπιτερψάντων. nimirum τὴν περίοδον.

pag. 121. v. 5. χρυσίον ἴχνος. ut v. 8.

v. 14. ὑπὸ ἓν ἡνίοχον leg.

pag. 127. v. 9. Ἀφροβάκχου ἀγέδον ἄνασσης.

pag. 129. v. 13. δεῖ ἓν ὁμολογεῖν ἀεὶ ἓν κυρίῳ τἀγαθὸν εἶναι nisi placeat quod pag. 89. v. 23. legitur, δεῖν ὁμολογεῖσθαι παρὰ τῷ κυρίῳ τὸ ἀγαθὸν αὐτεῖν.

v. 25. τὰ παρὰ τῶν θεῶν συμβαίνοντα ἐστί. καὶ ὅμως ἓν τῷ αὐτῷ πραγματευόμενα ἀξία δόξαν ἔναι τὴν οἰομένην θεῖς εἶναι· τοῖς δὲ μὴ θεοσεβέσι θάτερον τούτων. καὶ θάτερον. Vide seq. pag. v. 26. Ita apud Ciceronem: & dii sunt & divinatio non est.

pag. 130. v. 9. πολλὰ ἓν καὶ αὐτὸς περὶ τῆς τοιαύτης δὲ τῶν δεκμύντων μυθικῶν ἀπαιτημονεύσεις, ὡς ἐδίη, &c. leg.

pag. 131. v. 1. Leg. ἐπεὶ οὖν ἐς ἐδίη ἀπαλλάσσ. Apud Stobæum.

pag. 132. v. 12. οὖν ἴφη πρὸ λίζων.

pag. 133. v. 22. πρὸς αὐτὸν, nempe Πυθαγορέων.

v. 26. pro ὑπόμνησιν, ὑπάμνησις leg.

pag. 134. v. 11. παρὰ θεῶν.

pag. 136. v. 31. Ἐπεὶ. suprà p. 130. v. 12. Ἐγγύ.

pag. 137. v. 16. Pro ἔναγ ἓ τὰ τοιαῦτα κοινὰ, λίνα leg. Vide p. 100. v. 13. Vbi ἱματόλινα narrantur. Apuleius certè lanæ vestem ab Orpheo & Pythagora profanatum fuisse narrat. Diog. tamen Laertius id negat.

v. 17. pro ἀκάδας, an ἀκρασίας.

pag. 139. v. 12. χαλδαίων. hos enim audiviſſe videre licet p. 149. v. 20.

pag. 141. v. 3. χρυσίζειν τὰς ἐδόντας. & v. 25. Locus videtur mutilus. Cur enim ſceptrum Iovis Cypariſſinū narrent nō additur. Diog. tale quid dicit ἀπὸ χοντοῦ κῆ σέρα κυπαρισσίνης, ἀφ' τὸ τῶ Διὸς σκῆπτρον ἐστιῦθεν πεποιῆσθ. In Pythagor.

pag. 144. v. 6. pro ἐπλῆσθ. ἐπίπλεον.

v. 10. ἀφ' τῶ Νέλα προδόσης leg.

pag. 146. v. 21. an ἐπὶ Πυθίᾳ κῆ &c. paulò antè dixit ἀπροσβάζειν.

pag. 147. v. 14. anne hoc pacto rectiùs haberet ἢ πάλιν ἀπὶ φιλότητ, ἰσότης, φιλότης. [ὥσπερ πρῶτ. Pythagoras, φιλίαν ἰσότητα Laert.] ἢ σὺν τῷ κόσμῳ ὁμοῦ. [Pythagoram quendam primum Cœlum mundi nomine deſignaſſe teſtatur Laert.] ἢ ἰδίᾳ σὺ τῷ φιλοσοφίᾳ [nimirum ὀνόματι, cujus & ipſe nominis primus autor fuit. quod quàm latè patentem includat ſapientiam videnda. p. 144. v. 25.] ἢ κῆ σὺν τῷ Στάγ, Καιτῶν [non jam occurrit quid ſibi velit] ἢ τὸ Ἀφροβοάμβου, [vel ἢ σὺν τῷ Ἀφροβοάμβου] τέλεκτος.

pag. 154. v. 11. pro ἐδὲ read, leg. ἐὸ νοεῖν. præceſſit νοεῖσθαι ἤρεμα.

pag. 155. v. 23. Ita diſtinguendum, προσθεῖναι. τὸ Ἀφροδίτης ἀεὶ τῷ ἥλιον ἀεὶ ἰσό τ, κῆ πρὸς τὸ &c.

pag. 157. v. 26. κῆ τὰς ἐκλείας.

v. 29. pro λόγον ἀπιδίδοτο, λόγον ἄπαντῶν πάν. Apparet ex iis, quæ ſeq. pag. v. 3. & 4. dicuntur.

pag. 160. v. 9 pro ἤκουτα leg. ἴχοντα.

v. 27. pro Ἀφροδίτην an διαπόντ an Ἀφροδίσιον?

pag. 161. v. 13. δυσκώφλον.

v. 31. pro ἐκκείσ, an ἐκκόσ.

pag. 163. v. 30. prava interpunctio tenebras offudit. ὑγιαθείας. καὶ τὸ ἐμψύχων ἀπίχειν σωμοθήκην, Ἀφ' τἄλλα &c.

pag. 164. v. 1. παρὰ φύσιν.

pag. 169. v. 6. anne pro συμβύζαι, συμβύκαι?

pag. 172. v. 28. pro καπῶς, καλῶς leg.

pag. 175. v. 29. poteſt & ἰδῶν forſan legi.

pag. 178. v. 17. ἓ ἰγνύπτ. Propoſitum id requirit.

v. 22. pro μαντικὸν, anne leg. μανικὸν. v. 31. μανικατέρας facit.

pag. 179. v. 6. pro ἐπιφήμιλ, ἐπιτήμιλ.

pag. 180. v. 10. καλόν τ pro καλόν τ.

pag. 183. v. 9. ἀπλαύσιον.

pag. 185. v. 6. ὡς ὕν ἐὼ, leg.

pag. 186. v. 28. καὶ ἀεὶ τὸ ἡκατά.

pag. 187. v. 6. pro καρτῶντ leg. καρτοῦντας.

v. 12. κῆ ἐ ἓ θανάλ.

pag. 190. v. 4. ἀπαλάβοντο ex pag. 170. v. 22.

pag. 192. v. 17. Ἀφροταρχθέντ & ποικίλως ἐπιτηδευσθέντ.

pag. 195. v. 3. Supplendus locus ex p. 101. v. 14. ἔστ δ' ἡνίοχ ἴων &c.

v. 29. ἀνεπανορθωτον.

v. 31. an ἀρᾶς?

pag. 196. v. 30. ἀπιδόντας.

pag. 199. v. 21. pro ἰφήμιλ, ἰμήμιν.

pag. 207. v. 24. ἀπολιδημιάνας.

pag. 208. v. 30. ὑφάψαντ, ὑφάψαντας nimirum κυλώνιον.

pag.209.v.3. pro τῶν πολλῶν & v.7. τῶν πολιτῶν legerē τῶν πόλεων, injuriam sibi publicè utilitati operam dantibus illatam vindicari à civitatibus Italiæ & Siciliæ debuisse, meritò judicarunt. Quod quum non fieret, invitos servare noluerunt. Confirmat hanc nostram lectionem, quod pag.123. scribitur, ἐπιτιμᾶσθαι ὑπὸ τῶν πόλεων αὐτῶν βούλεσθε. & quæ nunc est, ferri non potest.

v.26. περιόντος usque ad προβαινόντων aut hîc redundant, aut aliquid post hæc deest.

pag.210.v.23. pro συνεπιλαμβάνειν, συνεκλείπειν leg.

v.28. τὰ δυσεύπλοια καὶ δυσπλοΐαι, anne, καὶ δυσπλοΐαι.

pag.211.v.22. ἐπύγχανον πλειόνων ἐπιπνέψ.

v.25. ἐν οἰκίας leg.

pag.212.v.28. ἐκκλησιάσαι. ut mox p.seq. v.1. ἐκχρήσασθαι.

pag. 213.v.13. an παρὰ τὰς ἄλλας?

pag.214.v.20. ὅπως δ' ἄρχει ἐπλειόνων ἄν, pro ἄλλως ἂν εἴη. ut ita putem vertendum, quo verò in quolibet vitæ suæ momento aliquod ipsius præceptum daret Pythagoras, sub vitæ finem præcepit, ne blasphemiam seu detractionem aut calumniam [in aliquem] proferrent.

pag.216. v. 17. Oligarchicum esse Pythagoram inter accusationis capita recensebant, qui accusationem instituerant. ideóque celebibus bellum quasi indixisse. puto hoc dici propter repulsas concubinas p.56.v.22. quod ipsi electionis magistratuum per sortes faciendæ authores primi fuissent. contentiones enim fuerant ὑπὲρ τῶ πάντας κοινωνεῖν τῆς ἀρχῆς.

pa.215. v.7. præterea tyrannidis studium stq; affectationem suorum animis imprimere, hoc ipso, quod sæpius inter adhortationes occinere consueverit, præstare ut quis vel unum solum diem taurus, quàm per totam vitam vacca vel bos existat &c. Locus, ni fallor, integer est varia accusationis capita complectens modo recte distinguatur.

v.21 hoc pacto. ἐπιτιμᾶσθαι: τυραννίδ.

pag.217.v.5. pro ἐὰν leg. ἂν. ut hic sit sensus: Illis itaque qui sese pro virili neaudirent, [aliósve audirent] prohibuerunt, ut prose dicant, minimè permittendum esse.

πεφύσθαι Plin.lib.3.cap.10. meminit fluvii circa hæc loca qui Targines.

v 17. Πυθαγόραν, ut p.58.v.26.

v.31. παρὰ τὰ πάλαι leg.

pag. 218. v.8. πεφεῦσθαι. An πεμφθῆναι? qui ad sententiam hanc ferendam à tribus, quas nominat, urbibus missi erant. Videatur Polyb. lib. 2.

v.12. συνοφευγάδευσαν, & v. seq. ὁ φάσκοντες. requirunt hoc, quæ præcedunt & sequuntur.

pag.219.v.3. μεθόδου. de Methodo dogmaticorum Medicorum hanc vocem accipiendam arbitror.

v.8. Νίνων. Accusatorum Pythagoræ & Pythagoricorum alter hic erat cum Cylone p. 215. 28. Proverbii forsan sensus. Ninonis calumnias quibus falso petierat Pythagoram deprehendi & mendacii coargui.

pag.220.v.2. ἀφ' ἡ ἐξαιρέτους, an ἀφ' ὧν ἐξαιρετοὺς?

IN ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΑ.

PAG.1.v.14. pro σεμνυδίας. leg. σεμνυμίας. ita pag. 3.v.27.

pag.3.v.31. ψυχῇ ζῶντας. hoc sensu, cum anima vivamus, ejus nos virtute seu præstantia rectè vivere, & oculis videntes eorundem etjam præstantia acutum cernimus, dicendum seu fatendum est. Oculi videre, virtus oculi, bene videre. Animæ vivere: virtus animæ, bene vivere. Atque hæc eò tendunt, ut qui τὸ εὖ ζῆν appetit, in quo beatitas est, τὴν τ' ψυχῆς ἀρετὴν excolat.

pag.4.v.16. leg. puto. βλαβερὰ μᾶλλον τροφῆς μὴ ἀφθονία σώματι, κτήσεως ⟨nimirum ἀφθονία⟩ τοῦ τῶν ψυχὴν ἀγαθῶν φρονήσεως καὶ ἀσφαλές. Noxia in primis ac periculosa est corpori quidem redundantia ciborum: animo verò non rectè constituto, divitiarum. Nisi illud ἐπὶ ἀσφαλὲς consequ. connectere placeat. quod tamen citra mutationem aliquam vix fieri potest.

v.32. εἰ τυχὸν ἡ τυραννὶς μᾶλλον σπουδαῖον ἢ φρόνησις. Si vigor sensuum dignus, quem votis omnibus rogemus optemúsque, magis incomparanda prudentia laborandum.

pag.5.v.21. pro eo, quod in versione est, qui optimum reddere studet. Vert. qui optimum sortitus est. nisi ita vertatur τὸ natura condignum nihil dici.

pag.10.v.10. Legen. vel ἀφ' πάντα ὧν ταῦτα, vel

vel ἀλλὰ πανταχοῦ ὧν ἑκάστου.

pag. 13. v. 6. post αἰθέσεως finis orationis. Archytæ, incipit Iamblichi explicatio, πάνυ ἐπιστημονικῶς συνᾴδει, &c.

pag. 14. v. 22. Τὸ δ' ἂν ἐν ὀλίγῳ, legend. & quidē τὸ, ut. v. 8. & v. ult. pag. 13.

pag. 15. v. 18. ἐπὶ πολλὰν, leg. ἐπὶ πολὺ aut quid simile.

v. 25. pro Ὃ ὄντος leg. Ὃ ἴδιος, quemadmodum ὁ τοῖς ἰδίοις pag. seq. v. 1.

pag. 16. v. 3. πρὸ ὅτου leg. Hoc officium atq; opus sapientiæ mihi videtur, ad quod [Doricè pro πρὸς ὅ] & conditus & constitutus est homo, atque ad quod instrumenta & facultates varias à Deo accepit.

v. 9. καὶ ἐπιστῆσαι τὰ ὄντα legend.

pag. 19. v. 2. pro σοφίας, an σοφίαι?

v. 17. μᾶλλον ἢ καὶ ἀνυπόθετα εἶναι. Sapientiam (id est, primam philosophiam, quam Metaphysicen nunc indigitant) scientiam ex omnibus unam esse, quæ nihil (non demonstratum) præsupponat, utpote quæ omnium, quæ sunt, principia inquirat.

pag. 20. v. 25. ἀναλύειν πρὸς ὑμᾶς leg. vidr.

pag. 22. v. 10. Τὸ παρόμοιον. hîc deest ἐπιστῆσαι vel ἀναγάγετε v. 14. μηδὲν ἀναλαβόντα συναγωγήν. nam nihil consequens inducentibus demonstrationibus, nullæ minus ἐπιστημονικαί.

pag. 23. v. 4. ἐπὶ μόνον legen.

v. 14. ᾗ δεῖ leg.

pag. 26. v. 21. anne προηγουμένως? pag. 22. v. 28. per vocem ἀφορίζοντας idem dicit.

pag. 27. v. 17. Hic locus ita distinguendus: χωρὶς διπλοῦς ἐστι αὐτὸς ἕκαστος, τὸ ἑαυτῷ, ἃ ἐστ τοῦ αὐτοῦ. Separata hæc tria sunt: ipse quisque, Quod ipsius est, &, Quod ejus, quæ ipsius est, sunt. Ipse quisque est Anima ejus, Ipsius verò, Corpus & quæ corporis sunt, Ejus verò quod ipsius est, res illæ sunt, quas corporis (quod ipsius est) gratia parare solemus. Ac qui, quæ corporis sunt, cognoscit, quæ Ipsius, non Ipsum se cognoscit. Ideóque etiam Medici, quâ tales sunt, nec exercitiorum Magistri seipsos cognoscunt. Qui verò adhuc ex remotiori veluti loco ex iis, Quæ ejus, quod ipsorum est, illa quæ circa corpus fūt, cognoscunt, ut ii, qui ista procurant, Agricolæ, aliique opifices, tantùm sanè abest, ut ipsi se cognoscant, ut nec, Quæ ipsorum sunt cognoscant. atque idcircò etiam artes hæ illiberales esse putantur.

pag. 29. v. 28. in primis autem princeps animæ species, quæ pro Dæmone, (hoc est, natali genio) animíque dedit Deus, quæ nos à terra versus illam nostram in cœlo cognationem, subvehit (pro αἴρει leg. αἴρει) utpote quū haudquaquam terrenum: sed cœleste germen simus, hæc, inquam, in primis excolenda est.

pag. 31. v. 1. proinde quum hæc ita se habeant, cujuslibet officium est corruptas circa generationem in capite suo periodos universi circumlationibus & harmoniis perceptis rursum corrigere, ac Mentem ei, quod Mente intelligitur (pro τὸ νῷ νῦν legen. καθαιρομένῳ τὸ καθαιρεῖν) secundū pristinā naturā adsimulare: idq; facientē vitæ, quæ pro præsenti futuróque ævo Deus optimam homini proposuit finem obtinere.

pag. 33. v. 10. ánne leg. τὸ μὴ ἁπλοῦς ἄνω? vel τὸ μὴ ἂν ἁπλοῦς εἶναι. Itémque quod pueris magistri, tanquā magistratus quispiā præficiuntur, nec prius illos suæ ac liberæ potestatis esse velimus, quàm in ipsis veluti in civitate quadam statum Reipubl. constituerimus, ipsíque custodem similem (qualis nempè lex est θεῖον καὶ φρόνιμον) ac Præfectum, qui in ipsis sit (Mētem nempè ipsorum rectè educatam institutámque, qui Deus est cuíque suus Pythagoræ p. 53. v. 31.) dederimus, tumque liberos dimittimus. Quod Xenophon 1. Cyropæd. & Rom. 16. aut 17. ætatis anno faciebant, data ipsis pro prætexta virili & libera toga.

v. 23. an περιάμμενον?

pag. 34. v. 2. diligentérque cavens, ne quid in ea (vitæ ac veluti Rei alicujus publi. in se constitutæ,) propter divitiarum abundantiam vel inopiam subvertat: dumque id caveat, ita cum pro virili guber.

pag. 35. v. 13. νοήσας ἂν καὶ νῦ, deesse puto ὄντα vel χάριν.

v. 20. αἰδ' ἄλλο, vel ἄλλας τινί. Ancillis verò similes reliquæ, quæ propter aliud (quàm ipsam cognitionem, actionem nempe vel opus, cognitioni incumbunt.

v. 23. Ἃ δ' ἄλλα, ut v. 19. δ' αὐτὰς & v. 22. τὸ δ' αὐτό. quia id quod liberum est, eo quod non est tale, præstantius est.

pag. 37. v. 5. pro τὸ νῦν ἀκρατίστου, ἀνιατοτάτου vel ἀνιατοφυεστάτου, uti in vita Pythagoræ p. 40. v. 2. locus tamen ne sic quidem integer est.

v. 32. ὁ δὴ ἀξιόχρεως συγχωρῆσαι leg. Atque id solum bonum revera tale est, quod eripi non potest, quod Boni in se notitiam habere concedunt, τὸ, τοῦτο, nihil in proximo habet quo reseratur:

feratur: sed propter istas Enallagas, similiáque alia quædam Eunapium de autore hoc divisse puto, illum ἐρωτικῆς ἐπιθυμίας χάριν, hiulca enim subinde ejus oratio est.

pag. 38. v. 19. ἀνθρώποις ἀλογίᾳ. cum hominibus differimus.

pag. 40. v. 3. δυσὶ λαβ. ita mox v. 27.

v. 8. Scientia potiùs est (quàm rerum inordinatarum, atque indefinitarum,) quemadmodū probus homo potiùs est putādus quàm pravus.

v. 11. pro ἀλογθορᾶν leg. ἀλογθορᾶν.

pag. 41. v. 1. non enim hæc ex numero eorū, quæ finita sunt, existunt.

v. 28. estne verò regula ulla aut determinatio quæpiam qualem exactius dignoscere queamus, quàm vir prudens est?

pag. 42. v. 19. ἃ μὲν ἀνθρωποδωδὴς κατὰ ζῆν, ἀλλὰ μὴ τοῦ (non, τὸ, ut legitur) ζῆν ἀ γλίχεσθε, καὶ τὰς τ' πολλῶν αὖ ἀναλωθῆν δόξας, ἀλλὰ μὴ τὰς πολλὰς ἀξιοῦν ταῖς αὐτοῦ (nimirum ἀναλωθῆν δόξας, καὶ τὰ &c.) Annon servile prorsum vitæ quidem te, vitæ verò bonæ (felicis) nequaquam cupidum esse: ac temultorum (vulgi) opinionē sequi, ac potiùs ut multi tuā sequantur exigere: vel, quum ḡ; multi tuam non dignentur sententiam sequi, te vulgi judicium probare.

v. penult. τὸ γὰρ τε [lego, μὴ] μισθοῦ ἕνεκα (lego παρὰ) τ' ἀνθρώπων γιγνομένῳ τοῖς &c. quod enim, licet præmia nulla, ob quæ continuos quis labores sumere velit, ab hominibus iis, qui philosophiæ studiis animum adpellunt, constituta sunt, unde & magnam temporis partem aliis artibus impendere necessum habeant: nihilominus tantula ejus parte, quàm in hujus studio veluti decurrunt, ad exactæ ipsius cognitionis metam perveniant, id verò signum, &c.

pag. 43. v. 11. eos qui in illa versantur, jucundè id facere.

v. 25. distinguendum, ὅθεν δ' ἂν τις τὸ αὐτὸ γιγνομένου λάβοι τούτων, τὸ φρονεῖν &c. Intellexerit ex hisce. Sap. & Scientia.

v. 29. distinguc ὡς ἀνθρώποις ἄνευ τούτων. καίτοι τε &c. sine his ce [prudentia, Scientia] atque ad vitam insuper utilia sunt.

pag. 44. v. 17. in anima quid est, quod ratio est. quod natura præest & de nobis judicat. Est itidem quod sequi & subjici natum est. [pars nempe, quæ Animosa, quanquam voluptuaria dicatur.]

pag. 45. v. 3. ψυχῆς ἡ τὰ (μέρη nempe) λόγον ἔχον, nimirum βέλτιόν ἐστι. in anima verò [hoc est, inter animæ partes] melius est id, quod Rationem habet.

v. 6. distingue σχεδίως. Ἡ τις ποτ' ἂν ἐστι ἀρετὴ τούτου τοῦ μέρους. Hujus igitur partis virtus, quæcumque illa tandem sit, omnium maximè, tùm omnibus simpliciter, tàm nobis necessariò eligenda est.

v. 26. καὶ τῷ λόγον κινοῦν, lego, τῷ λόγον καὶ νοῦν πίπτειν, vide pag. præc. v. 15.

v. 31. pro ἐμπνοὺς lego συμπνοὺς.

pag. 46. v. 14. Norunt illud propter quod etiā alteram eligendum. melius & magis eligendum est, ut voluptas magis, quàm quæ voluptati: sanitas, quàm quæ salubria sunt. Hæc enim illorum effectiva dicuntur: prudentiæ igitur, quàm præstantissimi eorum, quæ in nobis sunt facultatem dicimus, nihil præferendum: siquidem habitus cum habitu comparandus sit.

pag. 47. v. 11. πλὴν ὑπὸ τῶν leg.

v. 21. ἴσῃ δὲ τὸ ὀρᾶν ἀγαπᾶμεν δ' ἑαυτὸ &c. leg. adhæc si amamus visum propter se, &c.

pag. 48. v. 5. ἐν μᾶλλον τοῦτο τῇ φρονεῖν &c. si [veritas] magis inest sapientiæ [quam opinioni rectæ] magis scilicet appetenda est sapientia quàm recta opinio.

v. 12. ὡς ἂν ἀφειμένῳ τοῦ ζῆν &c. porrò quod vivit ab eo, quod non vivit, sensu discernitur, & hujus præsentia, hujusque facultate vitæ definitur, eóque sublato vivere operæpretium non est, eò quod vita propter sensum eligatur. Ex sensibus autem visus ideò præcellit, quòd is omnium clarissimus existat.

v. 16. quæ per corpus vel corporis ministerio cognoscit.

v. 22. & quia ea cognoscere potest anima, ideò sensum eligimus, &c.

pag. 50. v. 12. Itaque omnes quantulumcūque prudentiæ sensu percipiunt, illiúsve habere gustum possunt, reliqua omnia præ isthac nihili ducunt. Ideoquè nullus nostrum, aut ebrius aut puer per omnem esse vitam expeteret.

v. ult. φεύγει γὰρ ἡμᾶς lego. fugit enim, quâ nihil in iis cognoscit, tenebras: atque omne quod clarum aut perspicuum non est natura, delectatur luce & claritate.

pag. 52. v. 1. ἀπομάσσει αὐτόν. ejúsque hunc sensum esse puto: Quod si quis non omnem vitæ modum ferendum arbitretur [εὐδαιμόνως aut secus] ridiculum etiamnum non &c. Ridiculum in parandis opibus, non tantùm spectare, ut πρὸς τὸ ζῆν μόνον sufficiant, quod eo solùm

solùm contenti non simus: in parandaverò sapientia non conniti, ut τὸ καλῶς ζῆν etiam nobis adsit.

v. 17. πρὸς τὸ μηδὲν ἀκριβὲς (videtur deesse ἐρᾶν) δοκεῖ εἶναι &c. Et pulchra quædam nobis esse videntur, eo quod exacto visu destituamur. Etenim &c. videbat, in quemnam vel tantillum obtutum defigere sustineret, conspecta eorum, ex quibus constamus & fœditate & malitia.

v. 29. ἀλλὰ λέγω τὸν ὀλιγοστόν. At propter nostram, opinor, imbecillitatem & vitæ brevitatem hoc ipsum multum esse videtur.

v. 32. leg. ᾧ τοῦτο φαίνεται πολύ, τίς ἂν ὢν ὀλίγος &c. Quis igitur beatum sese putet, dum ad illa respicit, ex quibus primò statim omnes in pœnam veluti constituti, quemadmodum ii, qui mysteriorum interpretes adfirmant.

pag. 55. v. 1. ἕνεκα τοῦ. lta mox sæpiùs.

v. ult. τὰς μόλις ἢ παντελῶς.

pag. 57. v. 22. ἕνεκα γὰρ τοῦ τέλους leg.

pag. 59. v. 23. distingue, ἀνδρώπου· ἄλλο δ' ἑαυτόν. οὐκοῦν &c.

pag. 60. v. 1. ὑφ' ἑτέρου leg.

pag. 62. v. 20. ἡ περάτου πρόξεως, leg. id requirit quod sequitur v. 31. καὶ περάτους, &c.

pag. 64. v. 1. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἐπιστ. leg.

v. 20. ἐπιστήμην δυοῖν ὄντοιν, ἢ ᾗ θάτερον λογόμενοι, ἢ τῇ ποιᾶν, ἢ τὸ πάσχειν &c. leg.

v. 25. τὸ χαίρομεν ᾗ τῷ ἐπιτυμῶ &c. leg.

pag. 65. v. 1. pro ᾗ ποιᾷ leg. τῷ ποιητικῷ. ita pag. 46. v. 1 f.

v. 2. ὡς ὑγιείᾳ κατηγορεύομεν· ἀμφοῖν ἀγαθόν, ὑπάτερον, ἐπὶ τὸ ἀφελίμων leg. veluti sanitatem magis quàm salubria bonum esse dicimus: atque illud quod natura sua per se expetendum, quã illud, quo tale quid efficitur, nobis ve acquiritur. hoc tamen videmus de utrisque prædicari dicive, quod bonum sit, alterutrum, tam nimirum de utilibus, quàm de virtute. virtutem contra hæc distingui in præcedentibus videre est.

v. 20. verti posset hic locus sic. Nam qui rectè atque exactè re aliqua utitur, id habet, ut illa & ad illud, ad quod producta est, & eo modo, quo debet, utatur.

pag. 66. v. 1. hic locus sic legendus videtur & distinguend. εἰ ᾗ τὸ ζῆν ἔστι τοῦ ζῆν γενέσθαι πάντα ἕνεκα ἀνῃ· διὸ λέγομεν καὶ ζῆν [non ἐν] μάλιστα. Quod si cui vis animanti vivere idem quod esse existit, manifestum etiam est, prudentem maximè ac præcipuè vivere: idque illo potissimùm tempore, quando agit & contemplatur id, quod ex omnibus quæ sunt, maximè scibile aut cognobile existit. [quod maximè sciri atque cognosci potest, quod nimirum maximè est. nam essentiæ & cognitionis gradus apud Platonicos mutuo sibi respondent.

v. 19. ἢ τῷ νόησις, ut v. 15.

pag. 68. v. 5. πάντα leg. ἢ πάντα ταῦτα, gaudeant. vel omnia hæc simul.

v. 9. ἀφ' ἑτέρου ψυχῆς leg. & v. 15. pro ὁμοίως, ἀφ' ἑτέρου, ut pag. præc. v. ult.

pag. 69. v. 20. pro ἴσθι δὴ, λέγει δὴ leg. Hæc autem usque ad pag. 77. v. 32. ex Plat. Phædone descripta sunt.

v. 27. pro ἢ τὸ θανατοῦσθαι καὶ ἢ, ἢ τὸ θανατοῦσθαι καὶ ἢ, ex Platone legend.

pag. 70. v. 18. μετέχει αὐτῆ Plato. & antè, οὐκοῦν ὅλως idem.

pag. 71. v. 18. τόπον ἀλλάττεται ex Pla. leg. & v. 22. αὐτὴ καθ' αὑτὴν, ut mox v. 30.

pag. 72. v. 1. ἀλλ' ὃ id requirit v. 8. ὅτῳ, & v. 15. αὐτὴ καθ' αὑτὴν, & v. 31. κινδυνεύει τοι.

pag. 73. v. 19. pro χρυσίων apud Plat. χρυσοῦ τινος.

pag. 74. v. 16. καὶ οὐ φῂς ὃν ζῶμεν ὄντως, Plato ὄντως ὡς ἐοικεν, hoc autem dicit propter illa, quæ ex Gorgia cap. 17. citata leguntur, ita ut oppositum hic menti Platonis itrepserit. Hanc enim vitam quam vivere nobis videmur ὄντως seu revera vitam esse passim negat.

v. 29. θεμιτὸν apud Plat. & καθαρεύειν τοῦτο non τούτῳ.

pag. 75. pro μόνον, μόνοι, Plat. & v. ult. pro ἀφέλιμον, ἀφέλιμοι.

pag. 76. v. 7. pro δίκη, δίκη leg. & v. 9. pro ἄλογόν τι apud Platonem ἄτοπον, et hoc dicendum susceperat v. 1. hujus pag.

v. 25. ᾗ νῦν δὴ ἐλέγομεν τρόπον leg. & v. ult. videnda, num legi debeat ἃ ἐκεῖνοι, ita enim apud Plat. legitur, atque ita deinde sæpè loquitur.

pag. 77. v. 5. καὶ ἀπὸ ex Plat. leg. & v. 18. καὶ καθαρμὸς πᾶς, ita apud Plat. sed pendet à præcedenti ἔοικε. Itaque quum illud in præcedentibus mutaris in δοκεῖ, & hic leg. καθαρμὸς πᾶς ἔστι.

pag. 78. v. 4. hæc rursum ex Phædone post multa de animarum immortalitate interjecta.

v. 12. ἀπόπτοφθος Plato.

pag. 79. v. 14. λέγεται ὅτου Plato.

v. 21. αὐτὴ καθ' & v. 23. comma post ἄλλο, & v. 25. αὐτὴ ἑαυτῆ.

pag. 80. v. 8. καὶ ὁ λογόζεται.

v.11. ἐπὶ τῷ κρί &c. v.13. ὁμαρτάς.

v.32. τὸ μὲν, delendum ex Platone.

pag.81. Hactenus Plato. tandem multis interjectis apud Plat. quæ sunt apud Iambli. vers. 32. annectuntur.

v.31. pro ὅτου, ὅντως leg.

pag.83, v. 5. κόσμου apud Plat. τὸν κόζμον, Intelligit autem non mundi fabricam, sed τὸν μελλοντερὸν τοῦ ζώματος uti appellat 70. v.15.

pag.84. v. 28. τὶ τῷ κακῷ leg. & præced. v. ἢ ἐπῆσαν apud Plat. non sunt, & sunt sanè superflua.

v.30. αὐτὸ λέλυθεν leg.

pag.85. v.11. pro τὰ ἐπίπεδα, Plato ἐπίπεζα. & v.22. pro ἔπιθεν leg. ἔμπεζεν ex Platonis Theæteto: unde hæc usque ad v.23. p.92. & v.29. ὅτι κρέπτει leg.

pag.86. v.4. ἐκάστῳ pro ἕκαστος leg.

v.25. οἷον ζῳοτόκων ἢ &c. leg. & v.30. εἰκόνων ζῶον.

pag.87. v.13. pro πλησίος, πλησίος. v.30. ὅτι ἢ ὁ ἀπ' Ἀμφ.

pag.88. v.7. κρὶ τὸ ἐκάστοις leg. v.18. ἐις βασιλέας ὡδέ. v.23. κτήζεαζ αὐτοῖν, τὸ ἢ λάφυγῶν. ὡδὲ πάντων τοῦτον ὅτου αὖ δίη leg.

pag.89. v.6. τ' ζόης. Hæc desunt apud Plat. v.18. pro ἐξὶ ἀληθῶν, ἐξίως ἀληθῶν.

pag.95. v.4. ὧν ἀπαιτῶ λόγων leg. v.10. pro δυώδεκα, δυνατὸν. Ex initio 7. de Rep. Plat. ex quo totum hoc caput.

v.21. περιβάλλοντα leg.

pag.98. v.3. ἐχ ἁμαρτόν σε ex Plat. v.6. πλευτεία leg.

pag.99. v.1. σφεῖς ἐπῆσαν leg. ex Plat. v.3. ἢ καταμανθ

v.21. οἱ ἴδοι τοῦτο leg.

pag.101. v.7. Hæc ex Gorgia Plat. sunt.

pag.103. v.21. πολὺ ἀνάγκη κρὶ τὸ ἀκιόν.

pag.104. v.18. ἀφόβητον. Quid si ἀφόβητον? sunt enim vitia πολύπονοι, ut loquitur Aristox. Pythagor. cur autem ipsis vitiosis ἀφόβητα sint, dici vix potest. v. 21. Mendum videtur.

pag.105. v. ult. ἀνθρώπῳ. v. 20. κρὶ τὸ κόζμον.

pag.110. v.16. λεπόμβρα ἅπαντα leg.

pag.114. v.5. ἢ τὸ χαίρειν τοῦ φιλοζ. v.21. ἀφομοιώσῃ τῷ θεραπευομένῳ.

pag.115. v.8. τῷ ἀρετῷ, videtur deesse negativa σὺν ἐπίστας.

v.16. μὴ ἢ τῷ σεσώσθαι, & pro ἐπισκιμμένος anne ἐπισκιμμένος?

v.19. pro ἀταξίαν, ἀραξίαν leg. Hoc autem nullus rectè dignoverit, nisi cui officii ratio in quibuslibet actionibus exactè constat, ac quoquilibet hominum dignus aut indignus sit rectè scit, quique mores ac naturas singulorum discernere novit, ac animæ facultates, atque ad hæc omnia congruentes rationes percepit.

v.29. ἢ κῇ βλαβ. anne ἢ βλαβερώτατα τῶν θειῶν &c.

pag.117. v.11. pro ἐπιχεῖν, leg. puto ἐπιχειρεῖν.

pag.118. v.1. Anne ἂν ἀσκηθῇ ἢ ἀρετή? &c.

pag.120. v.31. A nne leg. ὅτι ταυτὸ ἢ ζωὴ ἐστι, ὅπερ ἡ ψυχή. Hunc enim seq. requirunt, Et ita fere loquitur p.66. v.1.

pag.121. v.27. ἐπὶ φιλοζοφίαν leg. v.30. pro ἀφίστηζιν, ἀφίστηζιν. Id enim verbum genitivi nō ἴφιτ. requirunt.

pag.122. v.1. anne, ὁ μὲν ὑπάρχῃ μὴ ὑπ'. & v.5. ὑπάρχῃ τοῦ βίου, &c.

pag.126. v.6. κρὶ τὸ κακὰ μὴ videtur leg. Hoc requirere videtur, quod v. 10. dicitur, κῇ τοῦτο ἀνομοῦζι.

v.14. Anne ἐπιχειρήματα τῶ ζόῃ. &c. leg?

v.19. ἄχολοι πρὸς &c. leg. Hoc enim opponit ei, quod p. præced.

v.15. χρόῳ ἐις τὰ ἔργα ἐργάζομθ.

v.26. pro κινοῦν leg. κρατοῦντα. Contrarium n. hoc ei, quod p.124. v.28. scriptum est, κρατὰ τὰ χρέματα.

pag.127. v.10. δ' ἄτιμος leg.

pag.128. v.31. ὁ μὴ τις νόμον leg.

pag.131. v.12. ἀληπτύξεις leg. Ita enim legitur lib.1. p.104. v.6.

pag.135. v.9. τοῖς ἀνθρώποις, leg. cum Brassicano ἀνθρωπίνοις.

pag.137. v 27. pro ἀληψυστα leg. ἀλήψυστα. id requirunt, quæ annectuntur præceduntque.

pag.140. v.26. vertendum videtur, cum ira pugnare graveest, quodcunque enim vult vel ipsa vita redimit. Hunc sensum videntur seq. requirere.

pag.140. v. 28. ἀνίστη leg. Plutarch. Chær. paulo clarius citat, ὅτι γὰρ ἂν θέλῃ [sic enim leg. non ut est in editione H. Steph. θέλῃς] ψυχῆς. ἀνίστη lib. ὡδὲ λοιπόν.

pag.145. v.14. Δαιδάλῳ legisse Iamblich. ex toto loco apparet, & κρὶ θεραπείαν ritus ignem requirebāt. Itaque δαίδαλα seu faculam Vulcano ἀλῷ τὸ ἐνέζαντον sacram cum sulphure aliisque adhibebant, ut latius apud Eustath. in fine Odyss. videre est. Ac proinde cùm mendosum secutus codicem

codicem Eraſm. in quo ſcriptum λαδίῳ (quod pro ἰλαδίῳ accepiſſe videtur) verterit. Oleo re abſit. Iſtam quidem interpretationem minimè probandam apparet.

v.27. τὰ τῆς ζωοδότιδος leg. Sic enim loquitur p. 146. v. ult. hanc-que vocem p. 145. v. 10. alia ſimili voce interpretatur βοσκηματοδότις, quod hîc ζωοδότις, appellans.

pag. 146. v. 5. Quod hîc σωματοποιεῖν, id pag 160. v. 14. αὐξάνειν, πληθυσμοῖν videtur vocare.

pag. 147. v. 1. καὶ ἡ χοίνιξ μεθ' ἑαυτῆς, Anne ὧν χοινικὶς quaſi dicat, quum corpus & illud animæ, quod corporeum magis eſt, Chœnici idcircò comparetur, quod quemadmodum Chœnici frumentum, itidem alimenta hujus neceſſitate inſtar modii cujuſdam dimetiamur, Pythagoræ hoc ſymbolo monere voluiſſe in corporis cura non eſſe conſenescendum, ad quod verè homo in homine eſt, enutriendum excolendumque, id eſt, philoſophandum eſſe.

v. 26. pro κεφάλαγα leg. κεφάλαι. Nam κεφάλοις & κεφάλαι ſpecies quædam ſquillarum ſunt Ariſtot. 4. de hiſtor. animal. C. 2. Vide Geſnerū de piſcibus cap. de ſquillis. verte, Niſi quis eas inverſas reſupinet. Nobis verò quum manus à natura adaptatæ ac corpori veluti appenſæ ſint, ut per eas & demus & accipiamus id quod communicationis ratio exigit.

v. ult κῦ τ' χρηματικὸν leg. puto. nam λόγον ne προφορικὸν quidem, multò minus ἐπιδοτὸν per manus dare aut accipere rectè dici poſſumus.

pag. 148. v. 7. χρηματικὸν, & v. 9. τοῦτο leg. v. 28. ἐν ᾗ ἡ χίοις, quemadmodum quod ſequitur δογματιστής.

pag. 149. v. 10. οἱ δὲ δοκοῦντες τὸ λίχνῳ, ἀδὲ αὐτὸ πολυλόγατατον ἐπιχείρησις, leg. puto.

v. 12. ἀφ' ἧς πλὰ τῶν ἀζωμάτων &c. leg. & v. 28, τῶν ἀζωμάτων ὑγίᾳ. refugiamus. Ipſi verò rerum corpore deſtitutarum ſubſtantiæ nos adjungamus ac familiares veluti reddamus, quæ nunquam non ſui ſimilis exiſtit, propter eam, quæ ipſis à natura adeſt, veritatem atque immutabilitatem.

pag. 150. v. 8. pro συνεχῶς, συνιχῶς nimirum πρόσοχῆς leg.

v. 13. lego ἡ ἰυχρωῆς ſocordiæ ac interciſionis temporum hirundinem, quod anni hæc parte aliqua nobis &c.

v. 24. πεφυκότων ὁ δακτύλιος. ἴδιον ἔχων τὸ μὴ &c. leg.

pag. 151. v. 5. pro ἑαυτῷ leg. αὐτῷ nimirum ψυχῇ, ad remotiorem aliquam vocem relativum referre Iamblicho ratum non eſt.

pag. 152. v. 12. leg. ex pag. 133. v. 10. παρὰ λόχνον μὴ &c. leg. & ita legit Braſſicanus.

v. 15. alterutrum μὴ delendum.

pag. 153. v. 8. pro ἃ σὺν leg. δ' ἃ σὺν ἀπιστήσῃς σὺν ἐν &c. Ita Braſſicanus vide ſymb. 4. pag. 136.

pag. 154. v. 29. ἀλλ' ἐπὶ θυσίας, vel ἐ τοῖς θυσίαις; ἃ κ τοῦ ἄλλῳ χρόνῳ παρημελημένους &c. leg. ſed ad ſacrificia, quamvis alio tempore illos ſis relicturus advocato &c. Mutilum hoc ſymbolum vel potiùs ejus interpretationem deſcripſit Braſſicanus.

pag. 157. v. 8. pro συνέχει lege συνιχῶς, idque ni fallor, requirit τὸ μάλα ἀφανίζειν.

v. 14. ἀκρατοφρόνητα, rectè legit interpres ἐγκρατοφρόνητα, nam illam lectionem requirit ἀντίθετον, τὸ, πρωότερον.

pag. 158. v. 12. pro ὥσπερ, ὅπερ εἰς ζωματ. leg.

pag. 159. v. 30. pro ὅσον, μὴ ὅσον leg. quam lectionem requirunt, quæ ſequuntur, μηδὲ ἐπιμένειν τούτῳ, &c.

pag. 160. θαυμαζίως τε δαψιλὲς &c. leg.


pag. 174. v. 28. pro ἃ φωνεῖ leg. ἀφωνεῖ. ita enim mox pag ſeq. v. 4.

Omissa in vitam Pythagoræ.

pag.68.de vita Pythagoræ v.36.Locus hic ex Cyrillo in Iulianum, 5. iam quo idiomate &c. emendari posset, si quidem is Græcè non mendosus haberetur. Citat autem hunc locum ex Porphyrio de vita Pythagor. quod μυημονικὸν σφάλμα esse puto.

pag.126.v.35.pro Νέστος πότε &c. lego Νέιϑος πότε τὸ ποτ̃αμὸν &c. Nestus enim Thessaliæ flumen est: Neæthus autem & Æsarus ad Crotonem Strabo 6.& Plinius Cyrillus 3, in Iulianum Causum dicit. Et sanè circa hæc loca Casuentum flumen Plin.

124.ibid.v.9. Hic depictam habent notæ triangulum ἰσόσκελες, atqui non æquilatero, quæ Pythagoram hic dixisse narrat Iamblich: sed rectangulo conveniunt, quale & requirunt adscriptæ lateribus numerorum notæ γ.δ.δ. Hypotenusa trianguli recti quinque, & altero latere 3. partium datis reliqua latera 4. petita esse apparet ex propos.47. Euclid.1.Elementor.



ERRATA SIC EMENDANDA.

